



W8



D.PANCRATII *Wolffii*

IN ACAD. HALENSI REG. BORUSS.

PROFESS. PUBL. EXTR.

PHYSICA  
HIPPOCRATICA,

QUA EXPONITUR

HUMANÆ

NATURÆ MECHANISMUS  
GEOMETRICO-CHYMICUS,



EX QUO

Corporis humani actiones vitales  
omnes, ipsæ cogitationes, anima immate-  
riali non, ut forma naturaque informante, sed  
his tantum assistente, clarius explicantur, mor-  
borum caussæ & indicationes desumuntur, cu-  
rationumque medicarum rationale pra-  
cticum fundamentum  
solidatur.

---

LIPSIAE,

APUD HÆRFEDES LANCKISIANOS,  
M DCC XIII.



REGIÆ  
BORUSSIACÆ BEROLI-  
NENSIS  
SOCIETATIS SCIENTIARUM  
ILLUSTRI DIRECTORI  
ATQUE  
*EXCELLENTISSIMIS, OMNI-  
QUE SCIENTIARUM GENERE CON-  
SUMMATICISSIMIS CLARISSIMIS-  
QUE SOCIIS,*  
**V I R I S.**  
DE REPUBLICA SCIEN-  
TIARUM LONGE MERI-  
TISSIMIS  
*PATRONIS ATQUE FAUTO-  
RIBUS MAXIME COLENDIS*  
PERPETUAM FELICITATEM.



94444

94444-99445



**P**O TENTISSIMUS REX NO-  
STER BORUSSIÆ, juxta tot  
insignia victoriarum, a devi-  
etis Gallis reportatarum, tro-  
phæa Regiæ Majestatis rariorisque  
Sapientiæ Suæ dignissimum quoq;  
monumentum esse voluit Vestræ  
Scientiarum Societatis constitutio-  
nem longe prudentissimam. Qua  
eandem Directore per universum  
orbem eruditum verissime Illustri,  
atque tot Excellentissimis omniq;  
Scientiarum genere Consummatis-  
simis atq; Clarissimis Sociis instru-  
xit. Haud secus ac quondam Au-  
gustissimus Romanus Imperator,  
Justinianus, tot gentium victoriis  
reportatis, jus civile per Consul-

## DEDICATIO.

tissimos Viros colligere atq; emen-  
dare, opus sibi magis glorioſum exi-  
ſtimavit. Omni ſiquidem ævo  
maximi Heroes juxta belli ſubſidia,  
majora quoque pacis ornementa  
procurandi ſtudio, Regnorum ſuo-  
rum felicia incrementa teſtificari  
confueverunt. Scientiarum itaque  
numero cum & medicina compre-  
hendatur, velut in hac mea *Phy-*  
*sica Hippocratica* declaravi, cuius  
Professoris Publici munus in Alma  
ſua Fridericiana *LAUDATISSI-*  
*MUS REX* pro Clementia Sua te-  
nuitati meæ demandavit; Hoc in  
aliis a me postulavit, ut medico-  
rum dogmatum fundamenta etiam  
ſecundum scientiarum regulas at-  
que demonstrationes conſtruere  
laboraverim. Id quod ſpecimine  
hoc fuſcepi, quod physicæ titulo  
exposui, quoniam idem scientiæ  
hujus ordine accommodare, con-  
ſultum

## DEDICATIO.

sultum visum fuit ; quo scilicet una fidelia duos quasi parietes dealbare liceat. Dum tali ratione medica juventus dictæ scientiæ principiis simul convenienter initiari, & facilius ad medicinam suam, ex solidis fundamentis exstruendam, deduci potest. Etenim quando medici tyrones sine physicæ, sicut & anatomiæ, principiis mox ad præx in temporibus nostris præpostere properare solent, ipsi sub *verorum* quidem *medicorum ficta persona & figura*, ut cum Hippocrate loquar, non nisi semilatinorum empiricorum numerosum ordinem adaugent, qui vix Germanis agyrtis & circumforaneis peritiores, per quantam quantam ætatem suam, imo & ægrotorum multitudinem, solidam sibi experientiam medicam comparare, neutiquam addiscent. Quamobrem *REGIÆ SOCIETATIS*

## DEDICATIO.

TIS VESTRÆ exactissimo judicio  
atque humanissimæ censuræ nun-  
cupatione hac illum laborem me-  
um humillime offerre atque sub-  
mittere ausus fui ; num hoc modo,  
si quæ in eodem adhuc supplenda  
aut emendanda forent, exoptatis-  
simus intelligendi locus & honos a  
mea tenuitate sit sperandus. Quan-  
tumvis autem in hac, modo syno-  
psi, mea non de novis tantum in-  
ventis , multo minus de Universa  
medicina, funditus a me correcta  
& reformata, pro more aliorum,  
gratuler, de Vestra tamen consue-  
ta Humanitate atque Benevolentia  
confido , fore , ut Vestris ingenii  
minus dispiceat, veritatis flores me  
collegisse tam ex veteribus, quam  
probatissimis quoque recentiori-  
bus, maxime vero Londinensis &  
Vestræ Berolinensis Regiarum So-  
cietatum scriptis, eosdem ad cor-  
recti-

## DEDICATIO.

rectioris philosophiæ amissim con-  
nexisse, hacque ratione circuli phi-  
losophici fertum concinnasse. Quā  
turpiter enim candorem atque fo-  
lidissimam rerum Scientiam Ve-  
stram offendissem, quod si, præter  
vires atque fata, vano, nova inve-  
niendi aut jactandi, pruritu, obso-  
letas argutias, tanquam noviter a  
me inventas veritates, inauditis &  
obscuris nominibus colorare, in-  
fuscare atque incrustare, maxime te-  
meritate tentasse, quasi aniles  
nugas, juvenili ornamento involu-  
tas, exosculandas, exhibitus.  
Quando autem tantis difficultati-  
bus omnibus me minus satisfacere  
potuisse, facile mihi persuadeo, hu-  
mana ut rerum naturalium caligo,  
in plurimis ætates adhuc nostras  
premens, excuset, etiam atque et-  
iam rogo. Clementissimum Nu-  
men VOS SINGULOS incolumes

## DEDICATIO.

per seros annos fospitet, qualibet  
exoptatissima prosperitate beet, la-  
boresque *REGIÆ SOCIETATIS*  
*VESTRÆ* benedictione sua beni-  
gnissime secundet, ut iidem in  
*POTENTISSIMI REGIS NO-*  
*STRI* Gloriam immortalem, Rei-  
publicæ summum emolumentum,  
& quarumvis scientiarum, præser-  
tim vero nostræ etiam medicinæ,  
incrementum vergant quam desi-  
deratisimum. Quam occasio-  
nem, Patrocinio & Favori Vestro  
me meaque studia porro commen-  
dandi, quod amplecti voluerim,  
æquis & benevolis animis ut acci-  
piatis, enixe subiectissimeque  
contendo.

CAN-



## CANDIDO LECTORI S.

**A** pud animum equidem meum constitueram, prius per centurias aliquot acutarum febrium historias conscribere, lucique ac censuræ publicæ exponere; quo vix aliud gratius & utilius symbolum in medicinam me fore collaturum, arbitrabar; quod ætate adhuc nostra hoc unicum fere in arte nostra summi medici desiderent exoptentque; utpote quo ipsius fundamenta demum plenissime sint corroboranda. Quo etiam labore gratificandi, longe facilius mihi copia datur; siquidem L. XII. annalium meorum practicorum, præter reliquos morbos, solarum febrium acutarum, a me curatarum, vel X. Centurias describunt. Quod negotium quoque tot annorum occupationibus meis magis quadrasset, quam hoc magis theoreticum de *Natura Humana mechanismo*, utpote cuius

## PRÆFATIO.

studium annis quidem meis academicis peramavi coluique, per annos autem triginta, & quod excurrit, hinc alto praxeos meæ pulvere obduxī, & de fundamento hoc, a me jacto, securus, illam tantum superstruxi. Verum enim vero ab illo tempore, quo a *Potentissimo Borussiæ Rege* Professoris Publici munus mihi fuit demandatum, magis magisque deprehendere licuit, falsas theorias, quales vel quivis empiricus & agyrta pro naturali rationis suæ modulo sibi fingit, potissimum praxin medicam genuinam impedire suisque præjudiciis experientiæ soliditatem pessime remorari. Quantumvis enim universus mundus ore garrulo, quasi psittacorum, unicam experientiam crepet, quæ in medicina omnem paginam absolvat ; hanc tamen idem minime capit. Siquidem factis penitus contrariis non plures duntaxat medici, sed & ipsum vulgus, quinimo mulierculæ, pro rationis suæ modulo, seu potius insulsæ theoriarum præjudiciis, docisis Sophia Nicodemica, experientiæ soliditatem dimetiri consueverunt. Quando igitur hæc, omnino difficilior, istis non quadrat, verissima tamen, tanquam absonta, absurdæ & impossibilis, rejicitur, deridetur, exploditur,

auto-

## PRÆFATIO.

autoremque suum diffamat, utut eandem Hippocratis æque, ac recentiorum classico-rum, observationes confirment. Etenim vetusta & obsoleta hæc sunt, sicut ipsa veritas ; tempora mutantur, nos igitur quoque in istis mutamur, nova, nec tam vera, jam unice flagitantur ; quibus licet ægri magis pereant, quam convalescant. Miratu autem dignum est, homines nondum capitribus, sed adhuc pedibus, ingredi, sicut Hippocratis, quinimo Adami, temporibus pri-scis ; nec morem hominum, cibis se satiandi, vestibusque contra frigoris injurias se munieri, antiquari. Quodsi enim singula per penitus contraria innovari pos-sunt, imo debent, nec antiqua & æterna Divinæ creationis necessitas locum ullum amplius habet, quam facile hac ratione sumtibus & laboribus tantis supersedere li-ceret. Num vero quis sobriæ mentis sibi persuadere potest, medendi methodum aliud, quam hujusmodi, opus esse. Certe non est in medico, qualicunque ingenio, quantacunque eruditione ac solertia sua, illam pro lubitu innovare ac variare ; qui potius unice infudare debet, ut inveniat unicam veram antiquam. Quia necessita-te impulsus, simulque ut contra obtrecta-torum

## PRÆFATIO.

torum objectiunculas, magis vero calumnias, praxin meam tuerer, theoretica medicinæ meæ fundamenta ex alto pulvere practico eruere debui, quo illa denuo lustrarem, curatius scrutarer & curiosius examinarem, erronea eorundem emendarem, corrupta repararem & ruinosa restaurarem, maxime vero singula medicæ praxi exactissime accommodarem & adaptarem. Hæc mea fuit ratio, synopsin hanc theoreticam practicis dictis laboribus præmittendi, ne per eos empiricus, sicut antehac ab æmulis, culpari possim. Quantumvis autem labor hic mens ideo superfluus videatur, quod eadem jam majorum doctorum scripta, & fortassis pulchrius, clarius ac firmius, tradant, ex quibus, autoritate sola fretus, mea descripsicerim, & secundum quosdam, instar plagiarii, nihil plane de meis addere noverim, sicut per copiosa cœtata, ipse faterer. Veruntamen puerolorum immaturis judiciis, brutæque moralitati hæc facile condono, nec hujusmodi obtrectatorum protervam impudentiam curo, confidens, benevolum candidumque lectorem unius paginæ meæ perlustratione culpationem illam falsissimam fore comprehensurum. Quandoquidem plagiarius scri-

## PRÆFATIO.

scriptorum aliorum non solum paragra-  
phos , sed integras paginas, exscribit, verbis  
forte aliis, magisque obscurioribus, eos-  
dem sensus venditat, atque ut iis securius,  
quasi propriis plumis, superbire possit, au-  
torum nomina reticet, citationesque pror-  
sus omittit, quinimo aliorum lectiones ea-  
propter maximo conatu dissimilat, scripto-  
rum saltem suorum immodestus jactator.  
Dum vero ita scriptorum aliorum genera-  
lia physices dogmata medicinæ ipsius spe-  
cialibus exemplis a me applicantur, quod  
tyronibus alias admodum difficile est, præ-  
ter circuli philosophici connexionem, la-  
bor hic meus illi magno usui esse valet, ut  
iudicem physicæ naturalisque mechanismi  
utilitatem maximam in medicinæ, facilius  
comprehendant, nec alia, quæ modo cun-  
que, mox amplectantur. Denique for-  
tassis etiam in eo peccasse videbor, quod  
manuducente Hippocrate, *nihil non de-  
monstratum a medicis proferendum esse*, in-  
culcem , singulorum autem assertorum  
meorum plenæ demonstrationi minus ipse  
satisfecerim. Verum, B. L. partim hæc  
studio brevitatis, a synopsi postulatæ , con-  
donabit ; omnino enim in exercitationi-  
bus ipsis elaboratis mea pluribus demon-  
strare

## PRÆFATIO.

strare laboravi, & , calculatorem æmulatus, pro virili cavi , aliquod majus minusve assumere , quam quod rationes prius intulerunt. Partim vero , plurium rationum loco ad scriptores remisi citatos , eadem plenius illis corroborantes. Quos elegi , non rari sunt , sed communes , in gratiam tyronum , quibus enim hæc potissimum scribere volui , ut æmuli exinde falso arguant ; plurimis citationibus me tantum lectionem multam , instructamque bibliothecam ostentare velle. Utuntur iis Theologи , Jureconsulti , cur non etiam Medici ? Sane Diemerbroccius & Bonetus in medicina pariter cum multa utilitate idem egerunt. Quapropter nec ingratus hic mos meus , nec prorsus inutilis , esse potest , maxime medicinæ tyronibus. Quibus , dum hac ratione sæpius aliorum , quam meis , verbis utor , scriptorum medicorum , velut leonum ex unguibus , cognitio , sedesque materiarum , ut loqui amant , aperitur ; quam eruditionis magnam partem esse , omnes eruditи confitentur. Evidem per tantas rerum difficultates non ubique rem acu me tetigisse , admitto ; sed quemadmodum similia fata summos quoque viros tangunt , ita ut illa multo minus mihi malever-

## PRÆFATIO.

vertantur, etiam atque etiam rogo. In  
qua vero re rationes meæ, ut minus suf-  
ficientes, quem haud stringent, is majori  
officio mihi gratificabitur, eandem qui so-  
lidioribus corriget, modo verbosis & fere  
**scurrilibus** cavillationibus omissis ; quam  
ille, qui nimium facile illam, haud satis  
**examinatam**, approbat ; cum unice in  
**votis** habeam, ut *curvus stipes*, monito A-  
ristotelis, in oppositam partem flectatur,  
donec is ad rectitudinem reducatur. Siquidem  
opus hoc tam utile, quam difficile,  
perficiendum viris commendo, quibus in  
hoc studiorum genere plus est doctrinæ,  
impensarum, commoditatis atque otii,  
quorum nullum mihi satis suppetti-  
sse, lubens agnosco. Vale  
& Fave.

SE-

SERIES CAPITUM.

- C. I. Medicina, instar scientiæ, secundum experientiam, ut principium suum cognoscendi, demonstrat, quam ex sensibus ratio componit. p. I.
- C. II. Medicina naturam humanañ non de anima immateriali, sed de corpore, demonstrat. p. 16.
- C. III. Medicina naturam humanañ per mechanismum I. Geometricum figuræ & motus demonstrat. p. 46.
- C. IV Medicina naturam humanañ per mechanismum II. Chymicum demonstrat (1) ex duobus salibus, acido & alcali, juxta particulas tamen sulphureas & terrestres. p. 105.
- C. V. Medicina naturam humanam per mechanismum chymicum demonstrat (2) ex ejusdem operationibus, scilicet fermentatione, putrefactione, præcipitatione, coagulat ac solutione. p. 172.



## CAPUT I.

Medicina, instar scientiæ,  
secundum experientiam, ut princi-  
pium suum cognoscendi, demon-  
strat, quam ex sensibus ratio  
componit.

### §. I.

**H**ippocrates, (a) a multis seculis  
omnium confessione medico-  
rum parens princepsque, iisdem,  
inter alias *decori partes*, injun-  
git, ut ipsi sint *ad responsiones prompti*, *ad*  
*versus resistentes graves*, *ad sui similes so-*  
*lertes*, *familiares atque affabiles*, *ad omnes*  
*temperati*, *ad occasionem arripiendam pa-*  
*rati*, *patientes ad temporis expectationem*,  
præsertim vero *ad rationes expediti*, nihil-  
que non demonstratum proferentes, atque  
borum gloria corroborati, *ad demonstratio-*  
*nem in veritatis studium fortes*, (b) ut im-

A pigri

---

(a) de Eusebemoseyne II. 20. Vol. I. p. 53.

(b) Evidem Lindenii editio, contra versionem  
suam, ex Cornatio legit in Graeco ἀποτελεσ-

pigri quemicunque audeant laborem. Quapropter idem quoque nudas *opiniones*, (c) tanquam *imperitiae insomnia*, in medicina explodit. Hæc enim, quamvis ars ab ipso dicatur, talisque ab hodiernis doctoribus defendatur, potius est scientia, (d) *nihilominus* practica, sicut aliæ quoque singulæ, (e) *mathesis*, *physica*, (f) imo ipsa

meta-

*τιχόμενοι*, secundum MSCta quidem Vaticana & Patiensia, Fœsio quoque id annotante; qui exinde hoc verbum vertit, *doctrinam suam ad veritatis lucem repurgantes*. Qu mobrem & cùm Zwingero Hernius exponit, *animorum purgationem ex certa demonstracione libenter admittentes*; nam *τελμα* locum palustrem & *τελμης* lumen significat. Verum cum alias ipse Foësus MSC. Hippocratis notet, ut admodum corrupta, libeilionum oscitania facile pro o. videtur ε. supposuisse. Convenientior enim ad contextum, præterea que usitator, vox *ἀποτολματιχόμενοι* habetur: Cornarii versio igitur Latine in dicta editione non male reddidit *audentes & confisi*, quam s. qui placuit.

(c) *ibid IV. Vol. I. p 54. & Leg. III. p 42.*

(d) *Confer. River. Instit. med. præcognita.*

(e) *Secundum Hippocr. de Euschemos i Vol. I. p. 52. Conf. III. Thomas. prudent cogit. C. II. 65. pag. 67.*

(f) *Ostendente Boyl. de util phil. experim. P. II. Eff. I. p. 3. & 4. & Eff. IV. 96.*

metaphysica, (g) sunt & esse debent.

§. II. Qua ratione Cous parens medicæ, ut scientiæ, arti quidem propter chirurgiam dictæ, (a) nihilominus demonstrationes tribuit, non obstantibus etiam, vulgo ipsi objectis incertitudinibus, magis perversis temporum nostrorum moribus, quam ejusdem naturæ, imputandis. Hæc inter alia æternæ, in eadem

A 2

(g) Maxime doctrina causarum evincente; ex cuius pedantico neglectu non Hippocrates solum suo tempore novit medicos, qui, velut idiota, toties fallaciis caussarum peccate solent. Quomodo idem etiam *de vet. med. XXXIII. 12. Vol. I. p. 33.* inculcat metaphysicam illam regulam: *Posita causa, ponitur effectus.* Et num judicia medica de vulnerum lethaliitate, omnino practica, non doctrinam metaphysicam causarum per se & per accidens, ut primum suum fundamentum, signoscunt?

(a) Idem enim *de flat. I. 12. Vol. I. p. 400.* humanas actiones distinguit, secundum verissimam negotiorum humanorum differentiam, etiam hodiernam, ut sint vel corporis, seu manuum, velut artes mechanicas, vel intellectus opera velut eruditæ scientiæ. Hinc quoque idem *de locis in homine LVIII. 6. 12. Vol. I. p. 399.* in medicina duntaxat scientiam requirit, quæ vero in chirurgia vix sola sufficit. Confer *de arte XIX. 20. Vol. I. p. 11.*

occurrentes, veritates (b) confirmant; ex quibus certitudo quidem, propter difficillimam earundem applicationem, haud semper in specialissimis casibus habetur; attamen demonstrationes duplices deducuntur, τὰ ὄτι & τὰ διότι. Quantumvis autem harum posterioribus philosophi magis operam navent, neque tamen priores negligantur; quippe quae sunt primus gradus, ad illas adscendendi, cum causæ in primis effectibus suis detegantur.

§. III. Quomodo ipse Creator, utpote omnibus prior, tantum a posteriori secundum corpuscularem philosophiam (a) ex crea-

---

(b) Confer Bagliv. *Prax. L. I. c. II. §. VII. p. 8.*

(a) Sicut secundum Paul. epist. ad Roman II. 1. ex corpusculari philosophia solidissime declarat Boyl. *de util. philos. experim. P. I. Ess. III. p. 61. Ess. IV. p. 64. 69.* Petrus Goldschmidt igitur in seinen verworffenen Hexen Advocateit p. 62. & 66. aurum adulterinum fabricat, dum philosophiam corpuscularem calumniatur, quasi eadem ad atheismum seduceret. Quasi vero hæc quæstio non altioris esset indaginis, quam cuius excursioni loculus quidam communis, ex cassis verbis conflatus, satisfaciat, cuiusmodi rusticorum offendæ immodeste castigantur; ne sutor ultra crepidam. Verius Boyl.

creaturis optime demonstratur, & quidem facilius, quam ex ejusdem idea, intellectui humano connata. Pariter localis motus principium demonstratione *quod* magis, quam *quia*, habetur, cum illud ex unico Creatoris FIAT dependeat. Superflua quoque subtilitas est, principium gravitatis a priori demonstrandi. Haud minus in medicina multa non a priori demonstrari possunt, e. g. statæ horæ paroxysmorum febrilium, item laxantium (b) facultas medica ; velut in primis exemplum auri fulminantis illustrat, quod tamen in medicina non ideo inutile aut noxium a sobriis & eruditis medicis fuit existimatum.

§. IV. Demonstrationes tamen *τεχνών*  
& a priori, modo genuinæ habendæ, majoris sunt omnino præstantiæ, neque minus in medicina, in primis morbo uno varias caussa agnoscente, item pro medicamentorum facultatibus discernendis, se-

A 3

lectu-

Boyl de Natura S. I p. 3. replicat, magnum divine gloria hostem Aristotelis autoritate ac erroribus (v. g. de formis substantialibus, tanquam substancialibus intellectualibus, aliisque intelligentiis suis) usum fuisse, ut illam immiseret.

(b) Comprobante Boyl tentam. physiolog. p. 20.

lectuque eorundem faciendo. Legitimæ autem & genuinæ fiant, (a) 1. ex propositionibus veris, & certo ante constantibus; 2. fiant ex propositionibus necessariis, necessitate scilicet physica; ut hinc ex causis moralibus talique natura demonstrationes omnino nullæ habere possint; 3. fiant ex notioribus, non æque, magisve obscuris, ut tales ex materia subtili Cartelianorum rarius, ex formis autem substantialibus plane non, desumi possint, multoque minus ex animæ immaterialis facultatibus in corpus humanum; 4. fiant ex prioribus, & non effectibus, ordine inverso loco cauilarum positis; 5. deducantur ex caussis immediatis & adæquatis. 6. Demonstrationes, sicut omnes theoriæ, magis quæstiones in praxi utiles, quam tantum

(a) Evidem communia hæc ad scholas triviales pertinent, quamobrem *eadem*, ut cum Uratislav. de experient. C. IV. 14. p. 32. loquar, plurimi, ut *vulgaria* aspernabuntur; nec nos repugnamus; modo illi ipſi, qui sibi *lyncei* videntur, cum *talpa*, (quid dicam noctua) fiant cœciores, & *suspensoria* taliae excipiunt, non millies in *vulgaribus* illis impingerent. Horum enim crassa ignorantia verum pedantismum medicum arguit, III. Thomas. Prud. cogit. c. XVI. 9. p. 235. demonstrante.

tantum subtile & curiosas, tractent, ex quibus boni tantum theoretici, sed mali practici, (b) evadunt.

s. V. Hippocrate (a) igitur manuducente, medicina secundum experientiam, ut principium suum cognoscendi, demonstrat; quam ex sensibus ratio compónit. Qualem Hippocraticam cognoscendi methodum haud satis secuti, posteriores medici pluribus erroribus medicinam corruperunt, quam novis inventis auxerunt. (b) Demonstrationes igitur a sensuum fundamento incipiunt, quorum firmitas ab ipso Cartesio (c) comprobatur. Licet autem hujus assertatores, ipsius verbis, (d) secus intellectis, seducti, eos-

A 4

dem

(b) Monentibus Baglivo *Prax. L. I. c. VII. §. X.*  
p. 40 & Uratislav. *ibid* 13.

(a) *Precept. I. 6. Vol. I. p. 60 II. 17 26. p. 61* Quod fundamentum ipsa praxi prescripta sua omnia Cous observasse deprehenditur.

(b) Etenim medicis idem accidisse intelligitur, quod Fabius olim oratoribus accidisse dixit; quorum primos, ait, utilia invenisse, posteros vero, ut viderentur, aliquid suum attulisse, recta etiam immutasse.

(c) *Princip. Philos. P. I. §. IX. p. 3 § XXX p. II.  
P. II. §. I p. 34.*

(d) *P. I. §. IV. p. 1.* quæ tamen saltem ad scepti-

dem infirmare laborent ; objectæ tamen illorum fallaciæ non ipsis, sed vagæ potius & erraticæ cogitationi, debentur. Hac in controversia igitur Cartesiani cum Peripateticis facile conciliantur, (e) quod si modo horum verbis illorum sensus explicentur.

§. VI. Sensuum nihilominus insufficiencia omnino ab Hippocrate (a) quoque conceditur, qui eapropter iisdem rationem adjunxit, ut illorum defectus hæc suppleat. Cujus quidem certitudinem Helmontius (b) multis impugnat, qui vero hujusmodi sua ipse convellit, mathefin (c) excipiendo. Hujus enim pars, arith-

---

cismum, quasi dispositivum duntaxat, pertinent, qui vero ad inveniendam habitualem sensuum veritatem commodissime ducit.

(e) Cartesius enim asserta sua experimentis, in sensus incurritibus, passim corroborat ; cum Peripatetici contra, sensuum experimentis neglectis, duntaxat a priori notionibus verborum speculativis argutentur.

(a) *de arte XIX. Vol. I. p. II. de flat. V. 6. p. 402.*

(b) *tr. venat. scient 5. p. 18.*

(c) Monente Grotio *de verit. Relig. Christ. L II.*

§. XVII. p. 126. *Etiam in mathefi diffensus opinionum habetur ; ex quo tamen potissimum Helmontius rationem labefactare conatur.*

arithmetica, (d) dictam rem evidentius ob oculos ponit, quod scilicet non tam ratio & logica, quam ejusdem illegitimus usus & imperitia, fallat. Interim sensus, quando illi contradicunt, prævalent; quamvis eosdem contra, haud satis evidentes, subinde contraria ratio, modo evidentissima, corrigat, redarguatque.

§. VII. Ratio itaque genuina (a) ex sensibus, horumque phænomenis, axiomata (b) universalia & æternas veritates pro de-

A 5 mon-

(d) Hujus enim omnis veritas ex syllogismo *Barbara* dependet, quapropter hujus æque, ac Logicæ, necessitas concludendi tantum est formalis, sicut ostendit Cl. J. Thomas. *Logic. C. XXXVIII. 2.5. p. 86.* Male igitur cum Helmontio vitia materiæ ipsi logicæ imputantur.

(a) Secundum Hippocr. *de arte XI. Vol. I. p. 6. de Precept. I 19 p. 60. 17. p. 62.* Non autem sensus secundum Latinam versionem, sed *cogitatio, quibus, quando, & qualiter, observat.*

(b) Etenim præclare inculcante Baglivo *Prax. L. II. C. III. §. VI. p. 168.* Axioma ut stabile sit, ac perpetuum (instar æternæ veritatis) fieri debet ad mensuram particularium, a quibus elicetur, iisque nec altius nec inferius, esse sed quantum patitur ipsarum particularium vis, veritas & amplitudo; id est axioma non sit latius, ut plura comprehendat, quam observationes inferunt, nec etiam angustius.

monstrationibus (c) inquirit, & sic experientiam componit, a cruda empiria longe differentem. E. g. *venæ sectio in hac pleuritide utilis est, in illa noxia*, secundum sensuum testimonia. (d) Circino igitur rationis particulares has propositiones ad sphæras universalitatis suæ genuina

(c) Irrationalis enim logica est, ex puris particularibus concludens, sicut C. M. Thomasius in elementis suis logicis vel ipsis pueris ad oculum demonstrat; ex qua enim empirici enormiter labi solent. Quamobrem Uratislav. de exper. C. II 15 p. 34 verissime scribunt: *Magna opus est cura, nec res adeo facilis, ex singularibus fabriare propositiones universales, quales sunt experientiae.*

(d) Siquidem primum ex sensibus hujusmodi subcontrariarum propositionū veritas habetur hæc particularis: *In quadam pleuritide venæ sectio est necessaria, in quadam utilis, in quadam noxia.* Quibus autem duntaxat instrutus, empiricus cœco saltē fortunæ impetu venæ sectionem in quavis pleuritide omisit aut adhibet, quasi nunquam sic peccaret. Sed vere rationalis medicus particulares illas propositiones genuinæ rationis circino ad universalitatis suæ sphæras reducit hoc modo: *In omnī pleuritide, non maligna, cum suffocationis periculo venæ sectio est necessaria.* In O. pleu-

nuina experientia reducit, ut constet, in qua pleuritide venæ sectio noxia sit, aut utilis. Quamobrem experientia, requisitis ejusdem haud observatis, tanquam nuda potius empiria, toties imponit, ut hinc quivis, asserti sui experientiam prætendens, hujus requisitis atque regulis se satisfecisse, (e) simul ostendat. Qua ratione Diemerbroccius (f) ex aliena & insufficienti observatione de opii noxa experientiam spuriam & falsam conclusisse, aperitur.

## §. VIII.

*pleuritide non maligna, neque cum suffocationis periculo, adolescentuli sere plethorici, venæ sectio est utilis, ita tamen, ut omitti possit. In omni vero pleuritide maligna fereq[ue] pestilenti venæ sectio est noxia; quomodo facile subsumendo medicus rationalis, ne instar empiri peccet, cavere potest.*

(e) Confer Bagliv. *Prax. L. II. C. III. §. II. p. 162.*  
*163. Ulratislav. de exper. C. II. p. 20.*

(f) *de peste L. III. C. VIII. Annot. III. p. 233. & L. IV. Histor. XLIX. p. 302.* Ridiculo est, scriptorem hunc theriacæ tamen usum proficuum per proprias observationes testari, quasi fortassis idem ignorasset, ab ingrediente opio theriacam æque virtute narcotica pollere, sicut vel mulierculis notissimum est. Sibilo autem dignus esset, qui haec per majorem ipsius &

§. VIII. Præterea quidem autoritas etiam medicinam aliquo veritatis criterio  
 (a) instruit, præsertim vero Magni Hippocratis: (b) *Cujus libri*, verissime testante  
 Bagli-

pilarum de cynoglossa dolia excusare tentaret. Quasi vero non æque theriacæ drachmis, ac laudani opati granis, peccari posset; & qua, quæso, ratione, nisi per falsissimorum præjudiciorum insomnia, sernen papaveris tam noxiæ violentiæ incusatur?

(a) Qua ratione Wepf. de *apoplex.* p. 163. locum affectum in *apoplexia* mavult verbis P. Martiani, medici Romani celeberrimi, in *lectione monumentorum Hippocraticorum versatissimi*, si digne interpretis quam suis explicare. Et autoritatem contrariam Hippocratis, v. g. V.S. in *pleuritide*, cum sputo cruento prohibentis, potius declinant, quam rejiciunt, medici consummatissimi Heurnius, Ballonius, Mercurialis, Capiv. ccius.

(b) Confirmantibus æstimatisimis medicis, etiam recentioribus, Italiae B. Sylvatico, Baglivo; Galliae Riverio, Dureto, Ballonio, Bataviae Tulpio & Sylvio; Germaniae Wedelio, Bohnio & Eitmüllerio. Sicut enim Hipocrates in *Anaxione*, Græco pleuritico, venæ sectionem etiam die VIII. adhuc utilem observavit; sic æque Forestus in Batavo suo illam utilitatis ejusdem testatur. Qua propter ejus tantum farinæ medici Coi Parentis autoritate, seu potius

Baglivo, (c) nihil aliud sunt, quam purus praxeos succus, ita ut interpretatio quoque, illis accommodata, non aliunde certius pet<sup>e</sup> debeat, quam ab ipsa praxeos exercitatione. Maxime vero autoritas valet, si sub ea testimonia de propriis observationibus comprehendantur, modo suspecta (d) caute discernantur. His enim pro experientia, licet talis aliena sit, medicina supersedere minime potest. Quamobrem Baglivus. (e) merito laudat illud Galeni: *Cum unius hominis vita ad omnem inventionem sufficiere*

tius experientiae testimoniiis, offendit solent, qui secure, fortunae suæ confisi, sine quavis erroris convictione peccare, deque corio, imo corpore, vitaque humana speculationibus novis quasi per jocum ludere, ambiunt.

(c) *Prax. L. I. C. VIII. §. IV. p. 46. & L. II. C. I. p. 153.*

(d) Sicut inter alia copiosa & solida Uratislav. *de Exper. C. I. 10 p. 11. & C. II. 4 p. 13.* verissime his animadvertisunt: Illi aeris coruscatores semper nobis visti sunt suspectæ fidei, quando jactant arcana (id est medicamenta nibi solis nota, sive sub formia tincturarum, sive pilularum aut pulverum &c.) toties totiesque felicissimo usu comprobata. Et enim auris sacra fames facit, ut splendide mentiantur.

(e) *Prax. L. II. C. IV. §. I. p. 171. Confer Uratislav. 16. C. II. 15. p. 34.*

cere nequeat, longi temporis observationes historia colligit, ut ejus beneficio, tanquam ex multis eot sacerdorum hominibus unus efficiatur eruditissimus. Quanquam omnino in medicina maiorem vim habeat experientia, (f) quam ratio, & hac, quam autoritas.

§. IX. Quo autem secundum hanc cognoscendi methodum errores eo tutius devitentur, scepticismus, sed quasi dispositivus, non habitualis, (a) commendatur, non solum ab Hippocrate, plurimis medicis philosophisque, sed ab ipso etiam sacro

---

(f) Scilicet perceptio sensualis, quo sensu experientiam quoque in actis eruditorum Lips. accipit Christianus Wolffius, Mathes. Prof. Publ. Ord. celeberrimus, colleganoster honoratissimus, ubi per propositas leges præclare declarat, quæ perceptio satis clara & distincta sit.

(a) Quem Cartesius de methodo p. 25. Boyl. de prod. princ. chym. in prefat. pulchre describunt, similibusque illustrant. Eudem Ill. Thomasius de prud. cogit. C. VI. 12. p. 119. curatius Eclecticisimum nominat, ut mox ipso nomine scepticismum hunc laudabilem; tanquam solidissimum omnis veritatis fundatum, distinguere liceat a pessimo veterum Pyrrhoniorum habituali, omnem veritatem revertente ac proscribente.

sacro codice (b) summisque theologis.  
 Qui scepticismus, praeunde Coo, (c) ad  
 hoc quasi primum principium manudu-  
 cit: *Nulla proposizio vera est in intellecta,*  
*qua non prius vera fuit in sensu.* Note-  
 tur vero, de integra propositione, non  
 de simplici termino, (d) haec valere, ut  
 entia rationis sic excludantur. Quod  
 principium non potuerunt non compro-  
 bare Cartesius (e) cum suis, recentiores  
 corpusculares philo ophi, magisque ad-  
 huc classici medicinæ antecessores, vete-  
 res

(b) *Act. Apost. C. XVII. n. Confer, B. Geierum  
 in Evang. Dominica IV. Advent. p. 70.*

(c) *de arte II. § 9. Vol. I. p. 2. Non existentia  
 (sicut) neque videntur, (i a neque cognoscun-  
 tur; quæ magis declarantur Pracept. L. 22. II.  
 S. p. 60.*

(d) Ut scilicet de quovis subjecto illud prædica-  
 tum retineatur, q od sensus offerunt; alias  
 quando aliud substituitur, jam fallacia com-  
 mittitur; hac enim ratione pariter entia ratio-  
 nis sunt in sensu, quæ intellectus vero secus  
 dividit aut componit.

(e) *Princip. Philos P. III. §. LXXXIII. p. 128. &  
 CLXX. p. 285. Secondum quod quoq; e Boyl.  
 centam. physiol p. 7 vanitates nud rum specu-  
 lationem per cameræ obscure similitudinem  
 pulchre ob oculos ponit.*

res æque ac recentiores. Schuylio (f) autem, illud haud satis assecuto, facile id melius declaratur, ut ejusdem objectiunculæ non pluribus, sed unica saltem, limitatione penitus declinentur.

## C A P U T II.

Medicina naturam humanaam non de anima immateriali, sed de corpore humano, demonstrat.

### §. I.

**H**ippocrate (a) manuducente, principium (atque fundamentum omnis sermonis in arte medica est natura corporum

(f) *Pro vet. med. p. 76. 79.* Cui quippe satisfacit unica illa limitatio acutissimi Peripatetici. M. J. Thomasi, qua distinguitur inter illa, quæ mediate & immediate sensibus subjacent. Licet enim multæ veritates non immediate in sensus incurvant, ab illis tamen per effectus suos mediate intellectui suggeruntur; sicut Hippocr. *de arte XIX. 14. Vol. I. p. 11.* docet, exemplique venti de flat. V. 6 *Vol. I. pag. 402.* declarat. Confer Exc. Boha. *de officio medicis C. IV. p. 578. & 581.*

(a) *de locis in homine IV. 1. Vol. I. p. 364.*

rum (non igitur animæ immaterialis) (b)  
ut pote per quam (c) homo sanus est, (d)  
et egrotat; dum (e) ipsa permixta et  
corrupta, dolores (& morbi) sunt. Si-  
quidem non solum (f) fames in naturam  
magnam potentiam habet et sanandi et de-  
bilitandi et occidendi; sed etiam (g) si que  
edulia non hec superare potest, (h) aut si  
a temporum varietate permixetur, aut (i)  
si aliae maxime mutationes circa eandem

B habi-

(a) *de locis in homine IV. 1. Vol. I. p. 364.*

(b) *Quamobrem Galenus L. method. med. 1. 2.  
scribit, Platonem simili methodo animæ na-  
turam inveniendam esse, censuisse, qua cor-  
poris naturam Hippocrates invenisset.*

(c) *de Nat. Hum. V. 10. Vol. I. p. 266.*

(d) *Etenim Præcept. IX. Vol. I. p. 65. Bonus  
corporis habitus (seu sanitas) est natura que-  
dam, que motum non alienum acquisivit ex  
natura.*

(e) *de locis in homine LI. 5. Vol. I. p. 394.  
cum scilicet secundum de vet. medic. XXIV.  
10. p. 27. eadem humores, ipsa potentiores,  
(v. g. propter excedentem acrimoniam) non  
superare potest.*

(f) *de vet. medic. XV. 10. Vol. I. p. 21.*

(g) *Ibidem XIII. 24. p. 20.*

(h) *de aeribus, aquis et locis LVII. 1. Vol. I.  
p. 362.*

(i) *de viet. acut. XVII. 9. Vol. II. p. 281.*



habitumque contingunt, talia morbos faciunt. Quantumvis autem (k) natura, malum sentiens, mederi magnopere gestiat, tarditatis tamen (in curandis morbis) magis, quam ipsa medicina, caussa existit. Præsertim cum (l) magna sit naturarum differentia, (m) ut natura a natura, velut corpus a corpore, differat; & hinc (n) curationes (eorundem morborum indiversis ægris) a curationibus etiam multum differant, prout corporum (non animarum) natura a naturis ad facile tolerandum. Præterea vero Hippocrates præter dictam (o)

totius

(k) de arte XIX. 25. Vol. I. p. ii. Quibus sane satis clare Cous mentem suam aperit, qua ratione secundum eundem in hoc eodem libro *natura vix medicina sine medico dici possit.*

(l) de artic. LXXXIII. Vol. II. p. 837. Et ibid. V. 6. p. 762. Expedit nosse, inquit: *quod natura a naturis multum differant, ad hoc ut elabentia ossa facile rursus incidunt, differt enim acetabulum ab acetabulo;* quo vero sine dubio anima immaterialis destituitur.

(m) L. III. de diæt. I. 6. Vol. I. p. 241. de flat. VIII. 4. p. 404. L. I. de morb. XI. 50. Vol. II. p. 16. de fract. VI. 8. p. 716.

(n) de fract. XXXVIII. 5. Vol. II. p. 747.

(o) Velut exprimit Democritus in epist. ad

Hip-

*totius corporis naturam*, *speciales etiam ejusdem partibus*, v. g. (p) *ventriculo*, (q) *humoribus* (r) *ossibus* tribuit; quinimo (s) *morbis* & (t) *cibis* *naturas suas adscribit.*

## B 2

## §. II.

*Hippocr.* 33. *Vol. II.* p. 932. Cum Hippocr. de *vet. med.* XXXVIII. 19. *Vol. I.* p. 36. sub *tota humana natura* toti generi humano communem intelligat. Qua ratione secundum eundem L. I. *Epid. S. III.* 1. p. 670. *Morbos dignoscimus ex communi omnium natura*, & *ex uniuscujusque propria.*

(p) *de vet. med.* XXXVI. 18. 24. *Vol. I.* p. 35. Sic quoque *ibid. XLI.* 21. p. 39. *Diaphragmatis naturam nervasiorem esse*, dicit.

(q) *de locis in homine* IX. 6. *Vol. I.* p. 367.

(r) Siquidem inscriptio totius libri *de ossium natura* *Vol. I.* p. 294. habet; *skeleton vero animae immaterialis mihi certe nondum videre licuit*; nisi fortassis cuidam Helmontii æmulo per visiones suas intellectuales.

(s) *de arte* XIX. 13. *Vol. I.* p. 11. L. V. *Epid. XIII.* 13. p. 778. *de affect.* XXVI. 18. *Vol. II.* p. 177. *de victu acut.* LXII. p. 318. *de morbo sacro* l. 2. p. 324.

(t) *de victu acut.* XVIII. 2. *Vol. II.* p. 281. Et *ibid. LX.* 2. p. 317. docetur, *carnium bubularum insuperabilem naturam esse*, ut non cuiusvis ventriculi sit ipsas concoquere.

§. II. Etenim vox naturæ (a) vario significatu suo multum differt, utpote quæ, improprie sumta, proprietatem atque rationem formalem cuiusvis rei, vel accidentium, quoque denotat; qua etiam ratione substancialis immaterialibus, (b) DEo, angelis & animabus hominum immortalibus eadem tribui solet. Proprie vero natura (c) non, nisi corporibus rebusque extensis competit, tanquam quedam eorum proprietas essentialis, obnoxia necessitati, (d) a DEo in prima creatione mun-  
di

(a) Confer Sennerti *phys.* L. I. C. IV. p. 46. qui etiam *ibid.* C. VII. p. 96. *existentiae naturam* declarat.

(b) Secundum Sennert. *L. c.* & Cl. J. Thomas. *Phys. C. II. 15. p. 4.*

(c) Docente Valentini *compend. phys. C. II. 6. p. 7.*

(d) Quæ alias naturalis dicitur; ab Hippocrate vero *L. I. de dieta VI. 24. Vol. I. p. 184.* *divina* nominatur, quando scribit: *Corpora naturalia, quæ quidem faciunt, non sciunt, quæ vero faciunt, scire sibi videntur, (præ quovis prudenti œconomo.) Attamen omnia ipsis fiunt per divinam necessitatem, & quæ (quasi) volunt, & quæ tamen non (vere ac moraliter) volunt. Accendentibus autem illis buc, his*

di (e) per ejusdem omnipotens F!AT ordinatæ. Male vero eadem a Peripateticis strictiori sensu accipitur, ut artificia-  
lia corpora excludat, quod non ejusdem solius sint ; quæ tamen (f) tam mathe-

B 3

mathica,

*bis vero illuc, & inter se permixtis, unum-  
quodque destinatum fatum explet, & ad ma-  
jus & ad minus. Quo sensu alias caussæ  
physicæ moralibus opponuntur, ut natura  
moralis, propter contradictionem suam in  
adjecto, non, nisi σιδηροξύλω, quadret.  
Siquidem, Boyl. de acido & alcali C. VII.  
p. 68. verissime notante, cuiusvis humanæ  
scientiæ incrementum eaæ hypotheses præpedi-  
unt, que morales politicasque affectiones ex-  
plicandis corporeæ naturæ phænomenis adhi-  
bent ; cum ex principiis legibusque me-  
chanicis (necessitatis naturalis) facile dedu-  
ci possint.*

(e) Etenim, docente Hippocr. L. I. de partu septim. II. Vol. I. p. 165. secundum primam ge-  
nerationem (seu creationem,) qua omnia ani-  
mantia condita & creata fuerunt ; illa  
(ἐγυστμάτῳ) ordine & figura certa conforma-  
ta sunt ; & scito, nunc e ... modo secun-  
dum illos leges certa figura, ordine, tempore  
conformari (πυσμάθαι) Confer Sennert. de  
conf. chym. C. IX. p. 185.

(f) Confer Cartes. Princ. Philos. P. IV. n.  
C. CIII. p. 307. Tattinghof. Clav philos. Nat. C.

V.

matica, quam (g) chymica, omnino ipsa perficit & æque comprehendit. Haud secus igitur medicina neque a naturalibus artificialia discernit, ut (h) v. g. sudores, sive sponte naturæ profluant, sive medicamentis promoteantur, æqualem criseos salutem aut malignitatem portendant. Quamobrem Hippocrates in ægrotorum suorum historiis (i) medicamenta recensere

V. *Qu.* l. p. 90. & 99. *Boyl. de orig. form.*  
p. 160.

(g) Confer Bohn. *Diss. Chym.* III. 2. 3. Senn.  
*Phys. L.* V. C. II. p. 359. *de consensu chym.*  
*cum Peripat.* C. II. p. 25. *Boyl. de form. orig.*  
p. 33. 120.

(h) Siquidem secundum Hippocr. *de arte*  
XXI. 33. XXII. 9. *Vol. I.* p. 13. *Medicina na-*  
*turam, haud sponte (morbos per excretiones)*  
*dimittentem, necessitatibus (physicis) medi-*  
*camentorum, ab ipsa inventis, eam coactam*  
*indemnem reddit.* Quando, e. g. sudores  
spontaneos criticos imitans & adjuvans, me-  
dicus *invenire debet potiones, calefientibus*  
*calidiores, que humores eliquent & pro-*  
*fluere faciant, qui sane non profluxissent, nisi*  
*ægri hoc modo tractati fuissent.*

(i) Quamvis Bagliv. *Prax. L.* II. C. XII. §. III.  
p. 254. & §. VI. p. 258. *contrarium asseverare*  
*non dubitarit.*

fere supersedit, neutiquam quod eadem pariter in curatione omiserit.

§. III. Natura (a) igitur, proprie accepta, non homini duntaxat compedit, sed bestiis etiam, plantis, lapidibus, (b)

B 4

imo

(a) Evidet Boyleus in aureo tractatu suo *de natura* hujus universi fere prorsus a naturæ notione abhorret propter plures absurdissimos falsissimosq; conceptus, ejusdem ideæ affictos, quasi non solum substantia, sed intellectualis etiam, imo plane moralis esset. Quæ tamen saltem per fictiones philosophicas, ostendente Baglivo *Prax. L. II. C. I. p. 154.* sunt accipienda, v. g. dum *natura morborum medicatrix*, & *a vacuo abhorrente*, dicitur. Nihilominus consultius videtur, in philosophia notiones hujusmodi receptissimas rerum verissimarum retineri, potiusque illarum ideæ a falsis affictis conceptibus evolvi, veritatemque nudam ob oculos ponì.

(b) Qui naturam suam, quasi prudentem & intellectualem, specificis suis figuris testantur, quas accuratissime servant, quasi intellectu & voluntate gaudentes, testante Sennero *Phys. L. V. C. IV. p. 382.* Confer eundem *de consensu & diffensu chym. cum Peripat. C. IX. p. 229.* Præsertim vero magneti natura denegari non potest, quippe qui, secundum Anaxagoræ & Cardani somnia, vere animali potentia instructus est, ut ejusdem

natura

imo mistis omnibus, (c) etiam *non vi-*  
*vis*, ita ut singula corpora, quatenus ab  
 aliis differunt, naturam quoque diversam  
 ostendant. Qua ratione natura notio-  
 nem eandem denotat, quam Peripatetici  
 alias formam (d) nominare solent, & si-  
 cut hinc forma hominis anima vocatur,  
 ita hæc etiam a quibusdam (e) natura  
 humana vocari consuevit. Licet autem  
 per formam & naturam suam corpora  
 essentialiter differant, hæc tamen siccirco  
 non

---

natura moralis & immaterialis sine dubio  
 haberi debeat, a novis illis philosophis, qui  
 philosophiæ rudissimi, ex verissimo & κατέ-  
 λογίῳ pedantismo non tamen nisi terminis  
 philosophicis uti amant, & his se atque me-  
 dicinam pessime confundunt.

(c) Sic alius naturæ nitrum est, alias contra  
 sal commune.

(d) Comprobantibus Sennerto *Phys.* L. I. C.  
 IV. p. 50. CL. J. Thomas. *Phys.* C. X. 12. p. 58.  
 Heurn. in *L. Hippocr.* de nat. hum. Tit. I.  
*Annot.* II, p. 4. Scalig. *Exere.* CXXXIII.

(e) Confer Scalig. l. c. Senn. *de cons. chym.*  
 C. IX. p. 187. 188. Diemerbroeck. *Anat.* L. I.  
 C. XXVIII. p. 310. Est enim, docente CL. J.  
 Thomasio *Phys.* C. XL. 3. p. 195. *Animæ cor-*  
*poris vivi forma substantialis*, (sæc potius  
 essentialis.)

non est substantialis, (f) sicut Peripatetici contendunt. Qualis tamen ab iisdem ipsis ignoratur, (g) dum de substantiali quidem expressis verbis loquuntur, quam ipsis revera tamen accidentalem confiteri coguntur; & qualis omnino est, utpote meritis accidentibus, scilicet praedicamentalibus, (h) non autem praedcabilibus, constans.

## B 5

## §. IV.

(f) Siquidem corpus naturale non tam duplex est substantia, ex materia & forma (quippe nudis tantum conceptibus, non ipsis substantiis) composita, quam simplex per naturam seu formam accidentalem duntaxat modificata.

(g) Confer Tattingh. *Clav. phil. Nat. C. V. Qu. II. p. 92.* Boyl. *de orig. form. in prefat. II. & p. 32. 54. 61.*

(h) Confer Boyl. *de orig. Form. p. 6. 34.* J. Thomas. *Logic. C. IX. l. 2. 3. p. 21.* Tattingh. *Cl. Phil. Nat. C. V. Qu. II. p. 98.* Philosophiae prima hæc elementa qui medicus ignorat, imo meliora edoctus, capere non potest, ostendente Ill. Thomas. *Prud. cogit. C. XVI. 9. p. 235.* pedantismi medici censuram potius meretur, non autem ille, qui difficultates has, hujusmodi rudissimum idiotam confundentes, evolvere novit; sicut quidem scurrilia scurræ, nominis sui omne ineptientis, contra nugantur.

§. IV. Natura igitur & forma, essentia-  
lis quidem, attamen accidentalis, secun-  
dum mechanicam philosophiam, haud  
minus in animantibus & homine, rectius  
a materiæ universalibus deducitur modis,  
(a) magnitudine, figura, situ & motu. Qua-  
lem vero in homine cum Peripateticis  
Diemerbroccius (b) pluribus rationibus  
copiose impugnat, imprimis, quod dictus  
mechanismus animantium brutorum  
quoque perceptionibus & cogitationibus  
explicandis haud satisfaciat. Cui vero  
respondet, his etiam eundem satisface-  
re, quoniam in animantium machinis ex-  
cellentia divina (c) cuiusvis humani artificii  
præstantias longissime superat. Etenim  
munere, quo artifex, in artis humanæ au-

to-

(a) Qua ratione Hippocr. de vet. med. XXXIX.  
31. Vol. I. p. 38. docet, qualis intra hominem  
etiam natura & figura sit vesica; item XL. 15.  
p. 38. quod propter figuræ naturam homo quo-  
que morbos patiatur. Confer. Boyl. de orig.  
form. p. 35. 149. 171. Valentini compend. phys.  
C. II. 3. p. 6. Bagliv. Prax. L. II. C. I. p. 154  
(b) L. I. Anatom. C. XXVII. p. 279. & L. II. C.  
II. p. 413.

(c) Confer. Cartes. de methodo p. 50. Bohn.  
Circ. Anat. Progymn. IV. de principio vitali  
p. 47. Boyl. de orig. form. p. 82.

tomato construendo, fungitur, in viventibus animantium, magisque hominum, ipse omnipotens Creator pro infinita sua sapientia (d) utitur; cui negotio sicut omnis intellectus humanus, ita multo magis prudentia moralis, quantacunque naturæ affingatur, longe inferior appet.

§. V. Neque vero eadem vitales actiones, quæ in bestiis a principio materiali perfici valent, in homine immateriale illud evincunt. Multo minus anima humana materialis est, & qualitatibus tamen immaterialibus (a) gaudere potest; sicut novus quis moralis physicus, Hippocratem haud assecutus, per meram vocabuli animæ (b) æquivocationem ludere tentavit.

Quæ

(d) Confer. Boyl. *de Naturâ S. I. p. 3.*

(a) Quæ quippe contradictionem in adjecto implicant, qualia ipsi omnipotentiæ divinæ, qua talia contraria sunt. Confer. Gröt. *de Jure belli & pacis L. I. C. I. X. 5. p. 4.* & Zieglerum *in ipsum p. 54.* Calor certe non potest frigoris qualitates habere, alias nugivendus acute philosopharetur.

(b) Secundum Hippocratem enim *L. I. de die XXI. 4. Vol. I. p. 197.* Anima (*ηγεμονία*, immaterialis & immortalis) semper similis est in majore ac minore homine. Non enim alte-

Quæ ipso Diemerbrocii exemplo , (c) columbarum scilicet, ad columbaria pristina longe revertentium, facile illustrantur. Neque naturalis mechanismi necessitas Stoicam

ratur. NB. neque per naturam , neque per necessitatem. Corpus autem nunquam idem in ullo aliquo est, neque secundum naturam, neque ex necessitate, propterea, quod partim secernatur in omnia partim permisceatur ad omnia. Cum dicta vero anima immateriali male confunditur altera, quæ mortalis & materialis, ipso VIII. 7.p. 186. & XVIII. 1.p. 195. monstrante, ignis & aquæ temperamentum habens , pars humani corporis, in juvenibus corporibus augescit, utpote celeri circumvolutione ( seu circulatione sanguinis ) existente; & XXXIV. 7.15.p. 207. Cujus temperamentum sapiens existit, si sanum fuerit corpus & non ab aliquo alio perturbetur; qualis natura bona sit anime.

(c) Anat. L. II. C. II. p. 414. Siquidem columbae non ductu naturæ moralis ad pristina columbaria revertuntur; alias pulli columbini, primum in campos cum adultarum turba evolitantes, & harum comitatum reditu suo haud satis observantes, non tam facile, a nativo tamen, aberrarent. Sed columbae si non ab aliis effluviis , lumine tamen materiali , reflexo ex notis turrium pinnaculis aut montibus

cam fatalitatem (d) evincit; magis autem hæc regularibus statarum horarum (e) motibus quadrat, quam natura utcunque intellectualis & moralis.

§. VI. Ex brutorum autem animantium mechanismo materiali ad humanum (a) valide concluditur, anatomia  
(b) &

---

bus, iterum conspectis, propter gratam consueti columbarii memoriam, ad illud quasi retrahuntur.

(d) Optime declarante M. du Hamel *de cons. vet. & novæ phil. L. I. C. IV.* p. 83.

(e) Demonstrante Cartesio *de methodo* p. 53. Quamobrem hominibus prudentissimis, intellectuque morali excellentibus, nisi fortassis physicis moralibus, insolitum est, quod Willif. *de anima brut.* P. I. C. XVI. p. 223. de morione quadam recenset, quod is, utut futilis & ineptus, tamen horarum intervalla sine quovis indice instar horologii, exactissime certis bombis indicaverit. Qualis autem prudentia moralis est, qua fatui excellunt? Namque oceanus, quod per æstum suum statas horas servet, prudentia morali & natura immateriali est instructus?

(a) Qua ratione secundum Hippocratem *de Natura pueri XXXVI. 4. Vol. I.* p. 158. Volucris naturam ( ex inspectione ovorum incubatorum ) ad humanam conferre oportet.

Com-

(b) & pathologia (c) humana corroborantibus, ita ut quaecunque operatio seu actio vitalis in bestiis deprehenditur, eadem in homine pariter occurrentis, haud ejusdem animam immateriam, ut principium vitale, agnoscat, sed naturam tantum corpoream, seu materialem mechanismum. Praesertim

---

Comprobantibus Sennerto *Phys. L. VII. C. IX.* p. 553. Bohn. *Circ. Anatom. Progymn. IV.* p. 50. Valentini *Med. Novantiquam Q. VII. §. IV.* p. 29.

(b) Per quam Briggs Cantabrigensis in *ophthalmographia* sua, experimentis, in brutorum oculis factis, eundem opticum mechanismum, summæ curiositatis, in homine demonstrat; quem quoque pulchre declarat River. *Prax. L. II. prefat. f. 237.*

(c) Etenim experientia notissima, dolenda quidem, villici & apiliones testantur, saepius variolas epidemico contagio totos ovium greges inficere & pendere; quas facilius aestate, quam hyeme, propter transpirationem insensibilem, in hac imminutam, superant. Quis autem, nisi somnians speculator, huc has febribus immunes esse, sibi persuadere potest? Et veterinariis indubitatum est, equos & canes ex horroribus cum acuto calore subinde febricitare.

tim cum solo lumine naturæ, (d) ne qui-dem in homine, anima immaterialis evin-catur, sicut Cartesius (e) quidem per cog-i-tationem confirmare laborat. Cui vero facile aliud ostenditur per ea, quæ in tra-ctatu *meo de cogitatione* (f) proposui.

Quan-

(d) Confer Brunon. *in Jessen de sanguine V. S. missio p. 211.* qui hæc ex Platone & Cicerone præclare demonstrat. Item Grot. *de verit. Relig. Christ. L. II. n. X p. 107.* Helmont. *tr. ve-nat. scient. 57. p. 25.* Confess. Autor. 4. p. 12. *de Imag. mentis* 15. p. 215.

(e) *Princip. Phil. P. I. §. VIII. IX. p. 3.* Quem præ aliis copiose defendit recentior scriptor Gallicus, cuius titulus est *Traïtte de l'ame & de la connoissance des bêtes.* His quidem P. Goldschmidt in seinen *verworffenen Hexen-Advocaten* C. III. § VII. p. 66. falsissime af-fingit, quasi angelos & animas humanas tan-tum cogitationes, & hinc accidentia, esse, ii-dem docerent. Cujusmodi falsis certe di-ctus Petrus castigationem meretur, calumnia-tore dignam; utpote qualem his omnino se gerit, secundum ea, quæ Ill. Thomasius *Prud. cogit.* C. XIII. 9. p. 215. etiam de Theologis, præunte Danhauero, exponit.

(f) Anno 1697. edito. Gratulor autem mihi maximopere, quod novissime simillima, eo-dem fundamento innitentia, scriptis erudi-tis.

Quantumvis autem sacer codex animam immateriale in homine doceat, eandem tamen is non, ut naturam, seu formam, corpus humanum informantem, tradit, sed ut illa (g) forma tantum assistens videatur, deliriis monstrisque hæc corroborantibus.

§. VII. Quamvis autem immaterialis anima, quasi forma specifica, in homine superemineret, natura tamen, (a) utpote

non

tissimis demonstraverint Regiae Societatis Londinensis medicus Hooke, & medicus Montepessulanus Maubecius; velut honoratissimus Dominus collega noster, Christianus Wolffius, Fridericianæ hujus celeberrimus matheseos Prof. Publ. Ordin. in actis erud. Lips. Anno 1707. mense Aprili p. 152. 153 & 355. & Anni 1709. mens. Februar. p. 73. mens. Jun. p. 285 recenset.

(g) Quæ ab omni heterodoxia purgat theologus, orthodoxyæ consultissimus, B. Geierus in geistlichen Braut-Schmuck T. II p. 325. Cuius ipsissima verba hæc sunt: Die Seele ist gleichsam der Reuter, die soll den Leib, als das Pferd regieren. Eadem fere habentur in der Allgegenwart Göttes V. Andacht pag. 116. Confer. Valentin. Med. Novant. C. VII. §. IV.

p. 29. Bohn. Circ. Anatom. Prog. IV. p. 40. 59.

(a) Docente Hippocrate L. VI. Epid. S. V. Vol.

I. p.

non ex cogitatione morborum medicatrix, in  
formas potius subordinatas conveniret;  
cum vitales ipsius actiones sint physicæ ne-

C                   cessi-

I. p. 809 *Morborum naturæ medici, natura invenit sibi ipsi aggressiones non ex cogitatione, & non edocet a natura, nulloque magistro usæ, convenientia facit.* Quem locum quidem Sen. de conf. chym. C. IX. p. 186. stylo suorum temporum veteri de anima explicat, sed saniori mente confitetur, *huic non veram inesse scientiam (intellectum & voluntatem) sed quæ sumatur pro naturali vi, potentia & instinctu, a Deo Creatore concesso; ita ut formæ, naturæ & animæ non vi (aut prudentia œconomica) sua tam mira, quippe singula mensuris geometricis determinata, præstent, sed sint instrumentum & manus quasi sapientissimi opificis ac Creatoris, ipsis qui hanc vim & efficaciam (non quasi œconomi prudentiam moralem) tribuit.* Confer. Marc. Marc. Phil. Vet. Rest. P. IV. Subs. II. p. 417. Philosophiae autem naturalis æque, ac moralis, crassissimam & majorem, quam cujusvis idiota, ignorantiam proderet, qui sine cogitationibus cogitaret, ac sine omni sensu tueri laboraret, non ex cogitatione intellectum, voluntatem Moralesque actiones unice pendere. Eo ipso enim hujus farinæ philosophus aperiret, se nescire, quæ actio sit cogitatio. *Quis non rideret illum hominem, qui contenderet, se*

sco-

cessitatis, (b) non voluntatis moralis. (c)  
 Siquidem in corporibus naturalibus formæ plures haberi solent, velut Boyleus  
 (d) probat exemplis artefactorum, mineralium, vegetabilium, haud minus animalium brutorum, cadaverumque humanorum. Horum enim aliquæ partes v. g. ossa, dentes, etiam ordinare diu non putre-scunt; ut adeo in iis, anima jam per mortem separata, plures formæ subordinatæ, essentiales tamen, sed non substantiales, supersint, quæ in vivis æque secundum &

præ-

---

scopum jactu, sine cogitatione feriisse. Quam-obrem Hippocrates lib. I. de diæta XII. 33. Vol. I. p. 191. Ventriculus, inquit, quod intelligi nou potest, novit, per hunc enim intelligimus, quod sit aut esurit.

(b) Ita ut Bohn. Circ. Anat. Prozymn. IV. p. 46. vel ipsorum motuum, in musculis voluntariorum, causam non animam immaterialem esse, demonstret.

(c) Sicut præ aliis sanguinis circulatio tam in statu naturali, quam præternaturali, ob oculos ponit. Qua igitur ratione potius minime notorium est, quod natura non omnia et semper velit, que posset aut dbeat, ab illis etiam facile distrahabatur, que voluerit, imo etiam in illis, quæ certe vellet per accidens impediatur.

(d) de orig. form. p. 130. 140. 142. 166. 168. 175. 177.

præter naturam operatæ fuerunt. Quo sensu igitur verissime Hippocrates (e) inculcat, unam esse naturam humanam, & tamen multas, id est plurimum subordinatarum formarum concursum, haud secus ac in horologio artefacto.

§. VIII. Hippocrate (a) igitur porro manuducente, cordis ventriculi fontes sunt humanæ naturæ, & hinc sanguinis flumina per totum corpus, his irrigatur tabernaculum, atque hec etiam vitam homini conferunt, & ubi resiccatæ fuerint, v. g. ex coagulatione aut profusione (b) homo moritur. Qua ratione cum Galeno (b) secure dici potest de sanguine, quod si non solus sit natura hominis, (cum sub eadem tota corporis structura comprehendatur,) omniorum & tamen seu familiarissimus sit omnium humorum. Ut pote quo, tanquam elatere automati, primoque suo instrumento, (c) na-

C 2                          tura

(e) De alimento IV. 13. Vol. I. p. 594. verba ipsa haec sunt: Una natura sunt hec omnia, & non una, multæ naturæ sunt hec omnia, & non una.

(a) de corde V. 12. Vol. I. p. 291.

(b) Comment. I. de Nat. Hum. in Hippocr. Tit. XXX. Confer Brunonem in Jessen de sanguine V. S. misso. p. 215.

(c) Confer Harv. de gener. animal. Exerc. LI.

tura humana quasi fundatur; dum a sanguine (d) vel ipsa humana vita pendet, a qua rursus corporis humani tota (e) nutritio

p. 201. & Exerc. LXXI. p. 338. 344. Bohn. Circ. anat. Progymn. IV. p. 53. Cum fere sanguini convenient, quæ Hipp. lib. I. de diæt. VII. 18. Vol. I. p. 185. de anima tradit, quod illa, semper majora & minorabens (& hinc materialis,) suas ipsius partes (per circulum) circum ambulet, non appositione neque detractio- ne partium indigens, verum augmento & decremente earum que jam sunt, opus habens.

(d) Ita ut Boyl. de orig. form. p. 150. demon- strante, corporis viventis operationes ex sola materia modificatione, instar molendi & qua- zici (a flumine) dependeant, sicut hoc facile appareat per illorum comparationem. Quam quidem laudatus vir ibidem cum plantis magis proponit; sed per imitationem facilius animantibus ipsique homini applicare licet; præsertim quando his experimentum Steno- nis jungitur, de ligato arteriæ magnæ truncō in cane vivo, quod recenset Barthol. Anat. Reform. lib. III. C. III. p. 477. item chirurgiæ infusoriæ ex actis Regiæ Societatis Londi- nensis An. 1665. quod legi etiam potest in Bon. Anat. Pr. f. 835.

(e) Secundum Hippocratem enim de alimen- to VIII. 8. p. 597. IV. 1. 23. p. 594. VII. 7. p. 596. Natura, nullo doctore usa, omnibus subvenit,

tio procedit. Quæ tamen sine anima etiam post mortem in capillis (f) & unguibus observatur ; sicut post hanc pariter excretiones (g) occurruunt, ut in iisdem vita consistere non possit.

§. IX. Secundum Hippocratem (a) igitur, dum *sanguis* ( circulatione sua ) non monetur, fieri non potest, ut non etiam *corpus* quiescat ac torpeat. Siquidem, si *spiritus*, in *sanguinem* commota, prævaluerit, idem perfrigeratur ac congelatur. Etsi frigiditas

C 3

tas

ut in pilos alimentum & in ungues & in extre-  
mam superficiem intrinsecus perveniat, dum  
radicatio arteriarum cor, ex his aberrat in  
omnia sanguis, & spiritus, & calor per bac-  
meat.

(f) Docente Hippocr. de gland. II. 12. Vol. I. p. 415. *Natura* facit sicut glandulas, ita quoque pilos, utrosque, eadem utilitate participan-  
tes. Nihilominus ex Paræo refert Boyl. de orig. form. p. 157. quod corpori, pollincto, & 20. annos integro & incorrupto servato, sepius recisi fuerint ungues, qui repetita pristina ma-  
gnitudine succreverint.

(g) Testantibus Boyl. de orig. form. pag. 154.  
Wepf. de apoplex. p. 237. 238. Hild. C. III.  
Obs. XI. & XII. f. 193. Fabr. Strychnomania p.  
15. Diemerbr. de peste lib. IV. Hist. V. p. 261.

(a) Lib. II. de morb. VIII. 15. Vol. II. p. 41. VI.  
15. p. 40.

tas ac congelatio augescit, is moveri non potest & perfrigeratur homo ac moritur. Quid, quod (b) si rheuma pituitæ frigidæ (& acidæ,) in sanguinem defluentis, eumque coagulantis & sistentis, multum ac crassum fuerit, hominem statim occidit. Adeoque mors ipsa non tam ob animæ separationem, quam ob corruptum corporis mechanismum (c) supervenit. In aliis hæc quoque partium corporis viventis mors particularis, gangræna sphacelusque evincunt. Quod malum sine naturæ moralis culpa aut trepidatione, a sola sanguinis coagulatione haud ita rarum est, (d) ac specula-

---

(b) de monbo sacro VIII. 26. Vol. II. p. 334.

(c) Confer. Boyl. de orig. form. p. 157. 159. 180. &c. Exc. Hoffmann. Regis Prussiæ Archiatri fundam. med. C. III. 7. 8. p. 11.

(d) Solus Hippocrates, qui tamen non centies mille annorum vixit, ostendit, inter ægrotos suos Critonem, Calvum in Larissa, Ctesiphontem, Aristocratem, Plateæ, Hegetoridæ & Nicolai filios, Phœnicem in Oeniadis & Andrean omnes ex sphacelis periisse; siquidem Cous non se practicum tantum honoriorum jactavit. Ne vero talis objiciat, ab Hippocratis Græcia nostras ad regiones septentrionales male concludi, enæqualem gangrenosorum numerum exhibet unus Regius Chi-

culatores somniant, hinc idem quoque *me-  
dici*, modo non *sine medicina*, auxilium  
tempestivum non omnino respuit. Ex-  
inde, sanguinis circulo cessante, aut remit-  
tente e) ipsa vita cessat aut remittit, ipso  
autem resurgentे, (f) & ipsa vita revocatur

(g) ex-

rurgus Wiseman in *Chirurgia sua Britannico  
idiomate conscripta Book*, VI. Ch 1 p. II. f. 445.

(e) Confirmantibus historiis syncopticorum,  
aut ab intemperio gelu enectorum, referente  
Loß. Obs. lib. II. C. XIII. p. 353. Diemerbrocc.  
de peste lib. IV. Hist. LXXXV. p. 334. Confer.  
Harv. de gener. animal. Exerc. LI. p. 200. qui  
huc etiam refert, quædam animalia, eaque  
sanguine, diu abs quæ pulsu viventia, & non  
nulla totam hyem in latencia, quæ tamen in vi-  
vis supersint; licet interea eorum corda ab  
omni motu cessent & pulmones a respiratione  
ferientur, eorum instar, qui in syncope aut af-  
fectibus hystericis semimortui jacent cum  
asphyxia.

(f) Sicut præsertim ob oculos ponit ancilla  
Londinensis, quondam suspendio enecta & re-  
viviscens, cuius integrum historiam recenset.  
Wepf. de apopl. p. 182. Harveus quoque loco  
citato testatur, cum in ovo, cum in moribundis  
animalibus, postquam omnis pulsatio dispa-  
ruit, si vel puncto s. lenti, in ovo, pulli vi-  
tam inchoanti, vel dextra cordis auriculae le-  
vis

(g) externo calore non tamen immateriali, plurimum præstante.

§. X. Materialis hic mechanismus, monstris, (a) fatuis, (b) apoplecticis (c) de-

li-

*vis fomes admoveatur, illico motum, pulsationem atque vitam in sanguine redintegrari.*  
Confer. Schyl. pro vet. med. p. 98.

(g) Confer Boyl. de orig. form. p. 159. qui, p. 151. plantas quasdam vitam recuperare, per experimenta testatur.

(a) *Quæ*, declarante Fortunato Fideli Relat. med. lib. III. C. III. p. 491. si modo caput humanum præ se tulerint, etiam si in multis aliis partibus sint monstrofa, tanquam generis humani baptizanda sunt; quod mens humana in capite sedem habeat; seu potius quod caput humanum, cogitationum officinam, cerebrum, humanæ conformatioonis contineat. Cujusmodi suis monstrum testatur Helmont. tr. jus duumvir. 7. p. 240. Duplicem naturam in hujusmodi monstris apparere, nemo dubitat, duplicem vero animam, præsertim alteram materialem, alteram immaterialem, iisdem esse, sanæ rationi repugnat.

(b) Willif. anat. cerebr. Fig. IV. p. 31. hujusmodi hominis cerebrum mole tenuius, solitoque minus describit. Cujusmodi homines haud ita rari deprehenduntur, qui, fere instar pecorum, omnis religionis incapaces, mancas solum cogitationes ostendunt.

(c) In hoc morbo graviori nulla prorsus cogita-

lirisque (d) ob oculos ponentibus, pro  
ipsis cogitationibus (e) instruendis & ex-

C 5 pli-

tationum signa obseruantur, & plures, ex eo  
convalescentes, cum memoria ipsam ratio-  
nem deperdunt; quale infortunium de acu-  
tissimo antea viro atque incomparabili anato-  
mico, Malpighio refert Baglivus. *Talitum,*  
inquit Hippocr. lib. I, de dieta XXXVII. n.  
Vol. I. p. 209. *natura meatuum, per quos ani-  
ma meat, caussa est, per qualia tñim vasa se-  
cedit, & ad qualia allabitur, & quibus ad-  
misceretur, talia s. piunt* (seu cogitant.

(d) Jam Meyssonerius, Cartesianus, docuit, &  
*violentis confusisque idearum motibus deli-  
ria fieri;* quæ cogitationes depravatas esse,  
apparet. Qua ratione verissime Hippocr.  
lib. VI, Epid. S. VIII. 97. Vol. I, p. 823. tradit,  
eundem morbum (spirituum animalium) quæ  
*convulsiones in (musculis) corporis inferat, de-  
liria in cogitatione, seu hujus officina, corpo-  
re calloso, ferre.* Qua ratione me praxis plu-  
ries confirmavit, deliria, maxime febrilia,  
optime antiepilepticis curari.

(e) In dicti tractatus mei *de cogitatione cap.*  
*VIII. 7. 9. p. 98. & 100.* exponitur, ideas esse  
modos globulorum materiæ fluidæ, æthereæ,  
maxime mobilis, qualis, sub nomine spiritu-  
um animalium, ex cerebro per nervos defer-  
tur. Aquarum motibus & agitationibus, va-  
rie determinatis, cogitationes, tanquam idea-  
rum

plicandis satisfacit. Quantumvis arduo  
huic negotio minime soli simplices primi  
materiæ modi sufficiant, f) utpote alias,  
plurimis specialibus phænomenis expli-  
candis, curtores Quamobrem, sicut deli-  
ria & somnia, ita cogitationes quoque, in  
bestiis animadvertuntur, utut Cartesiani  
hæc negant; quibus vero contrarias expe-  
rientias, observationesque Diemerbroc-  
cius

---

rum coagitationes, fermentur. Quanquam  
eædem non in angustissima glandula pinealî,  
verum in cerebri corpore calloso, velut com-  
muni repositorio, componantur; ad quod  
pro memoriæ thesauro, quasi per locos com-  
munes digesto, singuli sensus objectorum suo-  
rum perceptiones deferant.

(f) Laudatus itaque scriptor Gallicus gratis op-  
ponit; *corpus, quomodo cunque depuratum,*  
*incrassatum, aut subtilatum, non tamen co-*  
*gitare.* Sed regero, idem nec clamitare, ut  
canem, neque fulminare, ut pulverem py-  
rium. Etenim plura materialis mechanismi  
phænomena magis decompositionibus & par-  
ticularibus seu specialiissimis corporum mix-  
tionibus, ut effectus, debentur, declarante Boy-  
leo in *tentam. physiol. p. 19. & 20.* atque ob-  
oculos ponentibus pyrobolorum artificiis,  
haud satis admirandis.

cius (g) opponit. Quippe, licet non omnis cogitatio conscientiam, (h) tanquam sibi essentialem, inferat, infert tamen omnis conscientia cogitationem, quæ ambæ igitur in bestiis, maxime canibus & equis, apparent. Quamobrem sicut cogitationes in his, ita eadem pariter in homine, longe quidem excellentiores, præsertim eruditione (i) accedente, a materiali spirituum animalium mechanismo deduci possunt.

## §. XI.

(g) *Anat. lib. II. cap. II. p. 413.* Confer. Helm. *venat. scient. 34. p. 21.* Gassend. *Phys. S. III. M. post. lib. VIII. cap. IV.* Willis. *de anima brutorum. P. I. cap. I. p. 8.* Aristot. *Metaph. lib. I. cap. I.* Harv. *de generat. animal. in præfat.*

(h) Etiam in homine, velut Hippocr. *lib. VII. Epid. III. 16. Vol. I. p. 827.* Eratolai filius ostendit, item foemina Londinensis, in furca resti enecta, & rediviva, cuius historiam recenset Wepf. *de apopl. p. 182. 185.*

(i) Quanta enim excellentia cogitationibus atque rationi hominum ab eruditione accedat, omnis ejusdem defectus evincit, quem Tulp. *Obs. lib. IV. cap. X. p. 297.* ostendit de adolescente humano Sylvestri, qui sine quovis hominum confortio ætatem omnem complevit, cuius moralitas revera fuit bruta & nulla.

§. XI. Ab Hippocrate (a) igitur sanitas, seu bonus corporis habitus natura quadam habetur, quæ motum non alienum, (b) ex natura (c) acquisivit, sed valde congrua est spiritu & calore & concoctione humorum, undiquaque & universa victus ratione composita & constructa. Qualia sane animæ immaterialis simplicitati penitus repugnant, utpote quæ quoque nec alterari, (d) nec morbus pati potest. (e) Sicut autem

(f) con-

(a) *Præcept. IX. I. Vol. I. p. 65.* Quippe de veter. med. *XXXV. 19. p. 34.* Tum homo omnium optime dispositus est. ubi concoquit & inquietus est, nullamque peculiarem (seu excedentem) humorum facultatem ostendit.

(b) Quem non incorporeum esse posse, sequentia explicabunt.

(c) Scilicet ex naturali hujus universi mechanismo.

(d) Etenim ipse *Senn. Instit. lib. I. cap. III. p. 9.* concedit, hujusmodi formam substantialem eandem in homine permanere, etiam si sanitas mutetur. Confer. ejusd. *Phys. lib. VIII. cap. I. p. 590.* *Helm. de form. oriu 78. p. 118.* *Dem. Idea 3 p. 220.*

(e) Verius igitur hæc sanguini applicantur, sicut *Mauritius Hoffmannus*, *Altdorffinus B. M.* Promotor quondam meus, maxime colendus, *Instit. Disp. I. p. 21.* eleganter & acute his elo- qui-

(f) convenienter & grorum cura suscipitur, sanitatis (reddendæ) caussa; ita quoque sanorum, ut sine morbis vivant. (Nec hæc naturæ, perite corpori suo invigilanti, tanquam medicinæ sine medico, a medicis sine medicina relinquuntur.) Quanquam in profundo artis ignorantie versantes, prædicta non capiant; hi enim medicorum nomine cum sint indigni, artis probra, eximis ad summa subito elati, a fortuna pendentes, a locupletibus quibusdam, naturæ robore præditis, auctoritatem suam accipiunt. Qui,  
ob

---

quitur: Per sanguinis circulantis redint grationem & moderationem medicinam naturæ ipsius, morborum medicaricis, vim mulatur, sive enim conservanda fuit valtudo sive reparanda, sanguinis moderatio instituenda, & integritas procuranda. Per sanguinem, medicæ artis subjectum id est corpus nostrum, cooperans habetur quoniam in eo potest apon solum ad valetudinem, sed ad vitam ipsam redeundi. Hinc tamduo corpus sanabile, quamdiu per sanguinem cooperatur, eousque sanguis aurem cooperatur, quo usque naturæliter se habet; simulatque vero præternaturalis redditur, impotens fit, neque amplius cooperatur.

(f) Precept. V. 13. Vol. I. p. 63. Secundum cu-

ob felicem successum gloriantes, ea, que in arte medicum inculpabilem reddunt, negligunt, ex quibus tamen bonus medicus excusat, collegaque artis appellatur. Quam obrem Cous(g) merito indignatur medi-

cos;

ratiorem Heurnii versionem & commentarium. Quibus Hippocrates brævi præmitit: Quando se occasio ferendæ opis obtulerit, & medicus peregrino & egeno maxime (non solum honoratioribus) opituletur. Quidam enim agrotantes ubi perceperunt, affectionem circa se non esse in tuto, per medici probitatem se sanitati esse restitutos, gloriantur.

(g) de victu acut. XXII. 4. Vol. II. p. 285. de locis in homine lib. I. 5. Vol. I. p. 394. Quæ modo laudatus Hoffmann. Prud. Med. Disp. I. sequentibus optime declarat: Sangvis rectissime sanavel sancta vis vocatur, cum vita ac valetudinis nostræ auctor dici mereatur. Hinc uti pro conservatione ipsius & mutatione methodica valetudo variat, ita dum ipsammet medicastri (seu medici sine medicina) panaceis (id est pharmacis, noxios tantum humores educentibus, sanos vero haud turbantibus, ut omni morborum diagnosis supersede-re liceat,) aut stygiis liquoribus (acidis v. g. clystio antimonii,) a vitalitate alienis, adaugere conantur, sepe brevioris vite magistri sunt, ipsiusque naturæ hostes; utpote de cuius energia per mysteria sua ridicula miris modis nugantur.

cos, (ex neglectu mechanismi physici, chymici & anatomici) non talium rerum esse peritos, quomodo debilitates in morbis dignoscere oporteat, & quot affectionum omnigenas species natura nostra, permixatae & corrupta, habitusque singulis pariat, cum talium ignorantia salutem aut mortem afferat. Tantum enim (h) si quis caussas corporis affecti probe cognovit, valde potens est, talia medicamenta, que corpori commodeant, afferre, nimirum corporibus contraria morborum natura perspecta. Est enim maxime secundum naturam ipsa medicina, ut physicae pars primaria.

§. XII. Exinde Hippocrati (a) necessarium esse videtur, ut omnis medicus de natura sciat, omniisque studio annitatur, ut cognoscat, si modo aliquid eorum, que recte fieri

(h) de flat. II. 4. Vol. I. p. 400.

(a) De vet. med. XXXVI. 18. Vol. I. p. 35 & XXXVII. 19 p. 36. Ubi simul Hippocrates hanc notatu digna præmittit: *Medici quidam, itemque sophistæ dicunt, quod impossibile est, medicinam cognoscere, qui non novit, quid sit homo & quomodo primum factus & compactus sit a natura, tanquam optimo œconomœ* ) Ego vero, idem responderet, ea, que alicui sophistæ a medico de natura dicta sunt minus censeo, arripi medicea convenire, quam pictoria.

fieri debent, recte præstare velit, quid est homo ad ea, quæ comeduntur ac libuntur, comparatus, & quid unicuique ab eo accidat. & contingat, & non simpliciter sic existimare, quod humanae nature malum edulium sic casus. Item ad medicinam pertinet, (b) naturarum alias quasdam ad aestatem, alias vero ad hyemem bene aut male se habere, & temporum mutationes maxime parere morbos, (præsertim acutos, seu febres) In primis vero gravissimam frigoris violenciam in naturam humanam testatur, quod ab eodem homines prægelida hyemis tempestate prorsus enecentur. Cum cibos igitur & frigore materialia esse, nullum sit dubium, animæ vero immateriali nullam conversationem materialem intercedere, seu operationem in res materiales concedi, (c) canon sit ipsorum physicorum mo-  
ra-

---

(b) S. III. aph. I. & II. Vol. I. p. 77.

(c) Siquidem verissime scribit Helmont. tr. ter-  
ratremor. 30 p. 82. Materia est alterius mon-  
archiae cliens, quæ non potest reagere in (ens  
immateriale) seu spiritum, quem nullo modo  
tangit, nulloque objecto afficit. Quapropter  
inter materiale & immateriale nullam pro-  
portionem esse, omnium sincere philosophan-  
tium sententia habet secundum Valentini  
Med. Novantiqu. cap. VII p. 28.

ralium probatissimus; tertium vero inter  
materiale & immateriale (d) non habeat-  
tur, quo mediante, hoc in illud agat; ex  
mechanismo materiali cibos & frigora,  
corporeæ humanæ naturæ morbos infer-  
re, appareat. (e)

§. XIII. Evidem negari contra non  
potest, ab animi affectibus homines cre-  
berrime in morbos, præsertim acutos, in-  
cidere. Ex quorum nociva energia *in cor-*

D cor-

(d) Ostendente Boyl. *de orig. form.* p. 61.

(e) Evidem speculatores morales regerunt,  
nullam noxam specialem e cibis falsis, acidis-  
ve præsertim, nasci, & longe plurimos, inter  
medios abusus diæteticos salinorum, acido-  
rum, tartareorum, fermentantium, spirituo-  
rum, acrium, astuosorum ciborum vel po-  
tuum, vel contra inter ingurgitationem cras-  
farum & mucidarum dapum, nihilominus vel  
plane non febribus & morbis infestari, vel non,  
nisi rarissime. Verum hæc non solum evi-  
dentissime Hippocratis experientiæ, sed quo-  
tidianæ praxi etiam, imo sanæ rationi sensi-  
busque, reclamat. Ejusdem farinæ est, quod,  
experiens teste, inter frigoris, etiam caloris,  
madoris, ventorum importunos insultus vel  
plane nunquam, vel non nisi rarissime, homi-  
nes febribus infestentur.

corporei, naturaeque humanae, ut immaterialis, tantum morales operationes a physicis moralibus defendi consueverunt; quod iudem neque humoribus, neque morbi fomiti, neque organorum corporis consistentiae aut texture, tanquam corporeis undique subjectis, nullam directam aut immediatam mutationem concilient. Verum lippis tonsoribusque notum est, vena secta, sanguinem jam profluentem, solo terrore interveniente, ictu oculi mox adeo coagulari, ut non amplius profluat; similia de lacte nutritum, aliisque humoribus, observare licet. Quapropter animi affectus omnino immediate humores alterant, nec pure, nude, directe motus ipsos incorporeos & naturaliam immateriale alterando nocent. Siquidem illi, velut bestiis communes, (a) non ad homines animam immateriale, sed ad carnem & sanguinem, seu corporis humani

(a) Hæc amor Venereus, in affectibus animi pariter numerandus, evidentius ob oculos ponit; qui etiam instar cæterorum graves morbos febresque producit; hic quippe facillime per castrationem extinguitur, sicut etiam ab hac iracundiam & pervicaciam bestiæ multum imminui, observatur. Confer Brun. in Jessen. de sangu. V. S. miss. p. 219.

ni naturam, pertinent, sicut etiam caussæ illorum occasio[n]ales ex visu & auditu, (b) evincunt.

§. XIV. Præterea naturam humanam corpoream pestilentia contagia ostendunt, quando secundum Hippocratem (a) aër malignis inquinamentis plenus est, quibus illa offenditur. Eadem enim rarius soli pavori, sed effluviis, (b) instar fumi tabaci, quovis odore tamen parentibus, qualia cadavera pestilentia copiose diffun-

D 2 dunt,

---

(b) Sunt enim species visibiles & audibles materiales; equidem non simplex sonus hunc vel illum animi affectum movet, dum eadem vox turpis Gallica Gallum quidem, non vero Germanum, sensum ejusdem non assequentem, conturbat. Sed ex illius sensu, tanquam prima occasione, connexa magisque composita profluit actio, ad ipsum corpus callosum cerebri, tanquam memoriae officinam, penetrans, quæ ibidem denotatae ideæ odiosas compositiones simul exturbat.

(a) *de flat. VIII. 6. Vol. I. p. 404.*

(b) sicut exinde apparet, quod ex observatione Diemerbroc. *de peste lib. I. cap. VI. p. 15. aviculae, in caveis canticus gratia ali solitare, tempore pestis mortuæ fuissent, brevi antequam inter habitantes homines idem morbus saevire cœpisset, id quod in multis adib[us] obtrigisset.*

dunt, ut plurimum debentur. Neque aliam naturam humanam morborum hereditaria dispositio evincit; utpote quæ simili parentum & filiorum organica dispositione (c) fundatur; sicut hereditaria phthisis similem thoracis angustiam, pulmonumque insolitam parvitatem ostendit. Denique naturam non immaterialem, sed corpoream, consuetudo agnoscit; siquidem hominum v. g. qui per frigora & æstus, nudato capite, incedere consueti, aëris injurias sine noxa fuerunt, crania (d) evidenter crassiora durioraque deprehendi solent.

§. XV. Denique siquando natura humana immaterialis foret, morbi nulli medicamentis quibuscumque, quippe omnibus omnino materialibus, curari posset. Falsum autem est, eosdem, præsertim febriles, duntaxat *a natura morali*, tanquam *medicina sine medico secundum Hippocratem*

(c) Exinde nonnunquam hereditaria morborum dispositio, filiis prætermisis, nepotem unum vel alterum attingit, qui facie simili similem organicam corporis viscerumque strukturam significat.

(d) Sicut Carpus in capitib[us] trepanationibus observavit, ut taceam consuetudinis vim in bestiis etiam, imo arboribus, patere.

tem (a) sponte curari. Et profecto propriam saltem ipsorum inutilitatem illi medici arguunt , qui medicamentorum omnium, (& maxime suorum) usu in pulmonum inflammationibus ægros ne bilum magis sublevare posse , (b) confitentur. Qua ratione nova naturæ moralitas, velut obsoleta substantialitas, praxis medicæ defectus haud emendare, sed augere, videntur ; cum brevitas theoriarum, ipsi superstructæ, tyronibus quidem grata sit, sed arti praxique medicæ , nostris adhuc tempo-

D 3      ri-

(a) Cujus verba de arte V. 20. Vol. I. p. 4. contra ejusdem sensum sic obtorquentur; aliam mentem suam idem in eodem libro IX. 5. p. 5. his expressis verbis exponit: *Non est, quod amplius aliquis eorum, qui sine medico convalluerunt, casum sponteum vero sermone vere possit, tanquam causam sue sanationis* & XI. 4. p. 6. *Ut aliquando palam gloriari soleant agri, se medicorum (non sine medicina) opera sanitati restitutos fuisse.* Quippe XXI. 33 p. 13. *medicina naturam, morbos non sponte dimittentem, necessitatibus medicamentorum, ab ipsa inventis, eam coactam indemnem reddere debet.*

(b) Eorundem quippe propria praxi confirmante, aliorum contra reclamante.

rib⁹ longæ, velut longissime curtior, (c) inutilis sit, ut itaque illa vix aliis sit æquanda, qui dicam, præferenda.

### C A P U T III.

Medicina naturam humanaam per mechanismum Geometricum, figuræ & motus, demonstrat.

#### I.

**H**ippocrates (a) *bominibus*, quid dicam medicis, exprobrat, quod *ipſi ex manifestis obscura considerare uon noverint*. Cum enim artibus (mechanicis) utantur, *ſimilibus naturæ humanae*, id *ipſum tamen ignorent*; cum *quaenam artes omnes com-*

*mu-*

---

(c) Verum, exprobrante Hippocrate de artic.

*XL. 13 Vol. II. 797. Turpe tamen est, sicut in omni arte, ita & non minus in medicina, multam turbam & multam ostentationem & multum rumorem concitare, deindeq; nullam utilitatem afferre. Et lib. I. de diæt. XVIII. 9.*

*Vol. I. p. 195. Multorum ostentatio est vulgi despiciens; hæc vident, & unum ex universis bonum judicant, reliquos vero malos. Multi mirantur, p. uci cognoscunt.*

(a) *Lib. I. de diæta XII. Vol. I. p. 189. XVII. 24. p. 195.*

municare pluribus exemplis illustrat. Si-  
quidem (b) cuiusque hominis conformatio  
rythmo (c) id est certa extensione seu figu-  
ra, certa quantitate & proportione, certo  
numero & mensura, certo tempore & or-  
dine perficitur & completur secundum leges  
(d) (divinæ necessitatis.) Etenim mechanis-  
mus

(b) Lib. I. de partu sept. mestri 34. Vol. I. p. 167.

(c) Hæc enim singula totius geometriæ vocem  
rythmi comprehendere, lexica ex aliis Græcis  
scriptoribus classicis exponunt, ut ea præterea  
quoque venarum seu arteriarum pulsum, mo-  
tum certum in avium volatu, in digitorum  
crepitu atque micatione, in malleorum per-  
cussione, a fabris ferrariis fieri solita, signifi-  
ficet. Qua ratione Democritus in Epist. ad  
Hippocr. 28. Vol. II. p. 932 per rythmos mor-  
borum eorundem typos statarumque hora-  
rum periodos exprimit.

(d) Quæ optime sequentibus Sennerti decla-  
rantur, de cons. cymic. cap. IX p. 185 scri-  
bentis: Natura corpus fabricat, quæ si eadem  
sciret, quantum caput fieri debeat, quantum  
reliquum corpus, quibus mensuris geometricis,  
ulnis, pedibus & palmis utatur, ut tantus fiat  
oculus, tantus nasus, tantum os. Nam  
DEus ab æterno omnia determinavit, & pro  
sua sapientia, bonitate, potentia & voluntate  
in tempore hoc modo mundum constituit, &

*mus* (*μηχανευτις*) *omnia quoad oculos, vel aures, vel nares, vel os, in rythmis complectitur, vel secundum alias syncrises, seu concretiones.*

§. II. Mechanismus (a) igitur est ratio philosophandi secundū principia, quæ vel in artibus mechanicis, v.g. ex machinarum constructionibus, evidentius apparere solent. Quibus enim non solum natura hujus universi, seu macrocosmi, fundatur, sed

*post creationem sua quoque providentia omnia gubernat, ita tamen, ut non immediate rerum gubernationes administret, sed formis seminibus que rerum banc vim indiderit, ex qua benedictione divina omnia hæc adhuc peraguntur.* Confer Valent. *Phys. cap. IV. 7. p. II.* Boyl. *de orig. form. p. 83.* Qui vero physici morales hæc rident, ut sorices produnt, se tam mystrianature, quam fidei, & ipsam Lutheri catechesin ignorare, ut vix fatua caussa eosdem a plus, quam gentili, Epicureorum atheismo excuset. Quis sanæ mentis pulici vermiculoque aceti, qualicunque tamen minutissimæ & (ab ineptiente sic dictæ) ineptissimæ materie principium vitalitatis sive a priori, sive a posteriori, denegare potest? Num igitur & illis est anima immaterialis moralis?

(a) Confer Boyl. *de orig. form. in prefat. II. item in prefat. specim. experim. chym.*

sed ipsius etiam humani, & singulorum animantium, machinamenti, utpote in quo tanquam parva universitatis imagine, omnes pariter macrocosmicae figuræ motusque operantes quotidianis spectaculis proponuntur. Est autem mechanismus duplex: (b) Geometricus & Chymicus. Geometricus sic dicitur, (c) quod is exprimit Geometriae elementis petatur, cum corporis cuiusvis (neque minus humani) materia nulla omnino alia possit agnosciri, quam illa omnimode divisibilis, figurabilis & mobilis, quam geometræ pro demonstrationum suarum objecto assumunt. Propter hujus summum in medicina usum Hippocrates (d) Thessalum filium suum ad cognoscendam geometriam & arithmeticam multum adhibere studii, adhortatur. Quæ sane nostrorum

C 5

quo-

(b) Etiam naturæ humanæ; siquidem, docente Hippocr. de vet. med. XXXIX. Vol. I. p. 37. medicum cognoscere oportet, qui affectus homini ex facultatibus ac potentiis humorum (sulphureo-salinis) & qui ex figuris adveniunt.

(c) Declarante Cartesio Princip. Phil. P. II. LXIV. p. 69. Qui ibid. II. p. 34. corpus quoque humanum nihil aliud esse, quam rem extensam & mobilem esse, docet.

(d) In epist. ad eundem Vol. II. p. 934.

quoque temporum medicinæ studiosi sibi dicta esse putent.

§. III. Quantumvis autem mechanismus duntaxat geometricum denotare videatur, ita ut a Boyleo (a) mechanica philosophia chymicæ, tanquam contraria secta, opponatur; attamen chymicus etiam mechanismus æque nominari potest & solet, præeuntibus quoque pluribus classicis medicinæ scriptoribus. (b) Siquidem hujus etiam principia in artibus mechanicis, v. g. saponariorum, cerevisiariorum, & ipsorum communium chymicorum, utpote ad has pariter pertinentium, conspectiora inveniuntur. Equidem Hippocrates mechanismum chymicum geometrico præmittit, quasi priorem, nihilominus hæc tractatio nostra priorem locum geometrico dabit, cum huic generaliori chymicus, tanquam specialior, subordinetur, & ex illo rursus (c) explicari possit.

## §. IV.

(a) In præfat. tentam. chymico-phys.

(b) v. g. Helmont. tr. 3. prima chym. 68. p. 337. Bohn. *Dissert. chymico-phys. T. I. II. 9. 14* p. 24.

IV. 7 p. 59.

(c) Ut Baglivus *Prax. L. I. C. XI. §. VII.* p. 97. merito scribat: *Chymici quidem per voces fusionis,*

§. IV. Evidem *mechanismus* ab *organismo* distinguendus quibusdam videtur, ut hic quidem in corpore vivo, præsertim humano, non vero ille, admittatur. Cum in hoc principale agens sit natura moralis seu anima immaterialis, quæ per corpus humanum, tanquam organon suum, operetur, quod sine illa mortuum, torpidum inersque habeatur, quinimo mox putrefactione corrumpatur. Verum distinctio hæc minus fundata facile deprehenditur; etenim primo substantiæ immateriales, quales sunt angeli & anima humana *ηγεμονικὴ*, non organis indigent

(a)

*fionis, sublimationis, præcipitationis, phænomena rerum naturalium explicare, ac ita philosophiam separatam constituere laborant, revera tamen ea omnia* (ad mechanismum geometricum figuræ ac motus scilicet) *ad vires cunei, æquilibrii, vectis elateris & similium principiorum referri debent. Quae etiam ratione v.g. falsa seu alcalina particulis constare dicuntur crassiusculis, rigidis & acuminatis, variisque poris instructis; acida vero minutissimis particulis, valde acutis extremitatibus præditis, gladiolorum instar, ancipitum & bicipitum, ex utraque parte scindentibus.*

(a) materialibus, pro suis operationibus edendis, contra organon materialem contactum principalis agentis sui postulat. e. g. malleus, ut ferrum cudat, materialem quoque fabrum requirit, qui manibus materialibus eum valide apprehendat, sine quibus influxus & prudentia moralis effectum illum minime producere valet. Imo notatu dignum est, easdem operationes, quæ communiter minorique artificio a caussa morali, v. g. fabro aut *magistro musico* principium suum accipiunt, subinde majori artificio etiam sine tali a sola materiali mechanica structura haberi; (b) sicut *machinae hydraulico-pneumaticæ* (c) ob oculos ponunt quam evidentissime.

## §. V.

- 
- (a) Confer Senn. *Phys. L. VIII, C. I.* p. 589.  
*Grot. de verit. Relig. Christ. L I. §. XXIII.* p. 83. Brun. in *Jessen. de sangu.* V.S. M. p. 221.
- (b) Quam objectionem proponit Diemerbr. *Anat. L II. C. II.* p. 412. sed solvit Willif. de *anima brut.* P. I.C. VI. p 82.
- (c) Quarum plures in C. Schotti *mechanicae hydraulico-pneumaticæ* describuntur, præsertim vero Cl. III. P. II. p. 384 quæ eo ingenio *concinnatae* sunt, ut seipsas (sine quavis causa aut natura morali) reddant animalium, volu-

§. V. Quamobrem ipse Hippocrates utrumq; naturæ humanæ mechanismum, non organismum esse, solide demonstrat, dum pro geometrico (a) declarando, non solum analogiam hominis fugentis proponit, qui, ore bians, nihil sane attraxerit, ubi vero labra foras produxerit, contraxeritque ac compresserit, insuperque fistulam admoverit, facile suctione attraxerit; sed huic quoque analogiam jungit cucurbitæ, quæ, ex amplitudine in angustiam arctata, corporique apposita, ex carne alliciat, omni natura caussaque morali licet prorsus destituatur. Idem quoque Cous de mechanismo chymico demonstrat, ostendens (b) quod facultatum chymica-

---

volucrumque omnis generis voces, malleorum concentum, fidiumque symphoniam. Maxime vero curiosa est ib. p. 420. machina VII Cyclopum automatorum, musicam Pythagoricam exhibentium, & malleis, instar fabrorum, ferientium.

(a) de vet. med. XXXIX. 23. Vol. I. p. 37. ubi præmittitur, id quod ex manifestis forinsecus condiscere oportet.

(b) Ibid. XXVI. 17. p. 29. Quemadmodum e. g. spiritus nitri membranas vesicularum fulgarum & lignea obturacula extra hominem cor-

micarum effectus non eveniant solum in homine, sed quoque (per artes mechanicas) in corio & ligno, aliisque multis rebus, quae magis stupidum sensum habeant, quam homo, nullamque naturam moralem & animam immateriale.

§. VI. Ex prolatis igitur appareat, quam magnus usus ipso etiam Hippocrate (a) inculcante, in praxin medicam ex mechanismo haud minus geometrico promanet, ut miratu dignum sit, Baglivum, tam sedulum Coi Parentis imitatorem, dictum mechanismum jam quidem laudare, (b) sed rursus alibi (c) reprobare. Verum Baglivus, pro more solito, ipsum ejusdem usum, praeter mentem tamen, improbare videtur, dum abusum durius reprehendit. Qui communissime occurrit, quando medici secundum mechanismum hunc saltem de insensibilibus anatom-

---

corrodit; ita etiam in eodem clavos & verrucas, si forinsecus illinatur; internoque usu inconsiderato epiglottida laedit; unde idem, sicut acida omnia, in tussiculosis & phthisicis tam graviter nocet.

(a) *de vet med XXXIX. Vol. I. p. 37.*

(b) *Prax. L. I. C. XL. §. IX. p. 108. C. XI. §. VII. p. 97.*

(c) *ibid. p. 98.*

tomorum figuris, speculationibus fere cassis, multa curiositate inhærent; sensiles vero majorum corporum, summæ in ipsa praxi necessitatis, negligunt. Quales figuræ potissimum per anatomiam addiscuntur, sedulo non solum corporis humani humores majoraque viscera, sed etiam varias muscularum texturas ossiumque connexiones, rimantem & sic morbos *ex laxo & stricto* dignoscere præ alis docentem. Quarum certe neglectus & ignorantia medicinæ, maximeque ipsius praxi, omnem soliditatem detrahit. (d)

præ-

(d) Quamvis enim Cardilucius, non sine quovis veritatis colore, sine dubio secundum Helmontianam *spirituum incorporeorum* in corpore humano lyram, anatomicis exprobret, post hos 50. annos, sectionibus anatomicis impensos, nec accuratiorem morborum *historiam*, nec solidiorem eorundem *curationem*, eluxisse. Attamen quam his Cardilucius fallat & fallatur, unicum circulantis sanguinis inventum testatur. Ac utinam speculatores pathologias suas novas & mirabiles observationibus anatomicis, ex morbis defunctorum, a Boneto collectis, conferrent; siue dubio multis falsis novitatibus tum præxim medicam pervertere cellarent.

Præsertim cum hinc chirurgia, (e) certe medico pernecessaria, fundamentum suum petat; quæ enim neglectum suum gravissima cum turpitudine sæpius in magnis etiam medicis, vindicare consuevit.

§. VII. Hippocrates (a) igitur, ut in medicina cognosci possit, *in quibus & qualia lèdant*, secundum mechanismum geometricum *figuras & motus* (b) considerare jubet. Figura vero totum quantitatis prædicamentum comprehendit, cum enim ipsa sit *extensio* (c) quam presupponit (d) omne aliud, quod corpori tribui potest, utpote quod tantum est rei extensæ modus, eadem magnitudinem quoque, locum

---

(e) Docente Hippocrate *in epistola ad filium* *Theſſalum o. Vol. II. pag. 934.* Præ aliis vero instrumenta chirurgica maximum mechanismi geometrici usum ostendunt; sicut ex solo Hildano satis addisci potest.

(a) *de Humor. II. 5. Vol. I. pag. 316.*

(b) Quam dichotomiam seu duo summa genera ipse Cartesius approbat, *Princip. Phil. P. II. n. LXIV. p. 69. & II. pag. 34.* item Bagliv. *Prax. I. I. c. XII. §. IX. p. 108.*

(c) sicut Tattingh. *Cl. Phil. Nat. c. VII. p. 185.* eam definit.

(d) Secundum Cartes. *Princ. Phil. P. I. n. LIII.*

locum & situm importat, quasi (e) proximum omnium mutationum, ex divisibilitate sola emanantium, subjectum. Male igitur Peripatetici figuram ad prædicamentum qualitatis referunt, (f) cum tamen ipsi fateantur, (g) eandem ex terminatione quantitatis oriri, quæ cum in omnibus corporibus naturalibus finita sit, corpora naturalia omnia certam figuram habere debent, in qua termini sint quantitatis. Qua ratione figura haud a corpore mathematico seu de categoria quantitatis differt, quod est extensio, tribus dimensionibus in longum, latum & profundum definita & terminata, prout enim harum una aut altera, aut omnes, variantur, ita etiam figuræ innumeris modis (h) mutantur.

E      §. VIII.

(e) Docente Sennerto *Phys. I.I.c. III.p.31*(f) Siquidem ipse Sennert *Phys. I.I.c.V. p.58* admittit, *quantitatis beneficio reliqua omnia accidentia* (& sic etiam qualitates) *materiae inhaerere*, ut *qualitates seu aptitudines ad aliquid agendum vel patiendum aequa principium suum habeant ex materia*; utpote *cujusmodi formam essentialiem constituunt, a qua qualitatum operationes procedunt*.(g) Confer Cl. J. Thomas. *Logic. c. XII. 25. p.35.*  
& *phys. c. VII. n. p.28.*(h) Quamobrem Boyl. *de orig. form. p. 33.* scribit

§. VIII. Cum vero corpus mathematicum, seu figura, (a) semper corpus de categoria substantiae presupponat, sicut accidentis suum subjectum, a quo non re, sed saltem cogitatione, (b) separari potest; mechanismi hujus geometrici, tanquam formæ & naturæ accidentalis, subjectum est materiæ substantia, spiritibus metaphysicis & supernaturalibus, utpote vere immaterialibus, opposita, chymicos autem & medicos, tanquam materiales, includens. Qua ratione corpus humanum, etiam vivum, non ex materia & forma, quasi duabus substantiis, instar entis aggregati, componitur, sed est una substantia, pro natura humana, innumeris modis (c) varie accidentibus suis essentialibus

---

bit v. g. sphære & parallelopipeda, utcunque figura tantum differunt, in hanc unam minimamque differentiam tot aliae fundantur, ut Euclides, aliquique geometræ proprietates necio quot, que hinc neutiquam convenienter, enumerarint.

(a) Confer Senn. *Phys. l. I c. III. p. 29. 31. cap. V. p. 59. & c. VI. p. 91.*

(b) Evidenter Senn. *ibid. pag. 31.* ne cogitatione quidem quantitatem a materia, tanquam coeva, separari posse, arbitratur. Sed rectius

Cat-

bus modificata ; equidem , tanquam ma-  
china , ex plurimis & diversissimis parti-  
bus per solum hunc mechanismum con-  
structa . Nihilominus per hujusmodi na-  
turam corpus humanum actiones sua vi-  
tales in statu sanitatis perficit ; illis mo-  
dis vero seu accidentibus essentialibus  
præter naturam permutatis , natura hu-  
mana varie permutatur & corrumpitur ,  
variosque morbos patitur , saepius etiam  
sine novæ materiæ peccantis accessu ;  
(d) quamobrem quoque non solis evacu-  
antibus , & pluries alterantibus solis , na-  
tura corrupta in statum priorem integri-  
tatis restituitur ,

## E 2

## §. IX.

*Cartes. Princip. Phil. P. II. n. VIII. p. 37. docet ,*  
*quantitatem a substantia extensa in re qui-  
dem non , tamen ex parte nostri conceptus ,*  
*sicut numerum etiam a re numerata differre .*

(c) Ostendente Glisson. *Anat. H. p. c. X. pag. 36.*  
Ex qua sola hujus mechanismi variatione cor-  
pus humanum 248. ossibus & si ossa sesamo-  
idea huic computationi accedunt , 308. con-  
stat , rursusq; musculi supra 400. numerantur .

(d) Confer Boyl. *de util. philos. exper. P. II. Eff.*  
*V. Chap. XIII. p. 236.* Quamobrem Hippocra-  
tes de vet. med. *XXXI. 24. Vol. I. p. 32.* Fluxio-  
nes , ex quibus tamen inflammations , angio-  
ne ,

§. IX. Est autem materia vel prima Peripateticorum, (a) seu Cartesianorum universalis; (b) vel secunda divisibilis in atomos usque seu corpuscula minima; quæ sunt rursus vel *prima*, vel *secunda*, decla-

*ne, erysipelata, peripneumonia & febres ori-  
untur, propter humorum acrimonias, & in-  
temperantias fieri, seniit; quæ restituantur,  
ubi temperata ac concocta fuerint; & ab his  
solis coctionibus judicationes & numeros tem-  
porum criticos multum posse, ibid. XXXV.  
p. 34. docet.*

(a) Docentibus Cl. J. Thomas. *Phys. C. V. 15.*  
*16. 25. 27. p. 23.* Sennert. *Phys. L. I. C. III.*  
*p. 30. de conf. & diff. Chym. C. VII. p. 149.*  
*Quæ materia prima non realis sed tantum*  
*rationis, esse dicitur, ut abstractione saltem*  
*mentalí a secundis separari possit, & sic exi-*  
*stentiam non veram, sed tantum veram su-*  
*am entitatem & essentiam, habeat. Qua ve-*  
*ro ratione materia & forma duntaxat con-*  
*ceptus metaphysici sunt, non vero duæ*  
*substantiæ, sed una solum, corporis natu-*  
*ralis, utraque constantis.*

(b) Confer Cartes. *Princip. Philos. P. II. n. XXIII.*  
*p. 45.* Tattinghof. *Cl. Philos. Nat. c. IV. qu.*  
*II. p. 59.* Boyl. *Chym. Scept. p. 92 & 135 de orig.*  
*form. p. 2. 44 & 60.* *Quæ supra omnem na-*  
*turalium agentium potentiam non de novo ge-*  
*nerari & quasi creari, neque in nihilum aut im-*  
*mate-*

declarante Exc. Bohnio (c) Gamaliele  
meo de me ac republica medica meritis-  
simo. Actuali materiae divisioni corpo-  
rum fluiditas (d) debetur. Licet autem  
hujusmodi, actu divisa, corpora consti-  
tuant entia per aggregationem, haud ta-  
men forma sua essentiali (e) destituun-  
tur, sicut quidem Peripatetici tradunt.  
Deinde materia est aut crassa, aut subtilis  
& insensibilis; quali effluvia, lumen, ca-

E 3

lor

*materialem substantiam redigi potest, sed tan-  
tum alterari, id est noviter modificari, & sic  
quascunque novas formas induere solet. Qua-  
leum etiam inculcat Hippocr. l. I. de dieta V.  
13. Vol. I. p. 183.*

(c) *Dissert. Chymico-phys. l. 21. p. II.*

(d) *Confer Cartel. Princip. Phil. P. II. n. LIV. p.  
62. Boyl. hist. fluiditat. Bohn. diff. Chym. l. II.  
p. 5.* Licet pro hac partim ambitus globosus  
corpusculorum fluidorum, partim materiae  
cujusdam subtilis, semper in motu existentis,  
spatiolisque interjectae, continua agitatio,  
suum quoque symbolum conferant. Confer  
Bagliv. de Tarant. c. III. p. 19. Hamel. de cons.  
vet. & novae philos l. II. c. VI. p. 661.

(e) *Testantibus aqua, oleo & lacte; licet de his  
quodammodo locum habeant, quæ Senn.  
Phys. L. I. C. 6. p. 100. de numero materiali  
monet.*

lor & frigus, item spiritus Wirdigii (f) gaudent ; cujusmodi materiam etiam in homine detegunt transpirationis insensibilis exhalationes, spiritus animales & contagia pestilentia. Ex hac materiae differentia Cartesius illam in tria dividit elementa, (g) quorum primum & secundum famosam illius materiam cœlestem, seu subtilem (h) constituit. Cujus autem tria

(f) Secundum ejusdem medicinam spirituum.

(g) Confer Cartes. Princ. Philos. P. III. n. XLIX. & LII p. 93 94. M. du Hamel Astron. phys. L. I. C. I. p. 7. & de cons. vet. & novæ philos. L II. C. IV. p. 660. Barthol. Compend. Phys. C. XVI. p. 19.

(h) Cartes. Pr. phil. P. IV. n. XXV. p. 202. per materiam cœlestem (seu subtilem) non intelligit globulos solos secundi elementi, sed etiam primi materiam, iis admistam, & ad ipsam quoque refert particulas illas terrestres, quæ, cursum ejus secutæ, celerius moventur, quæles sint eæ omnes, quæ aerem componunt. Licet autem hæc materia subtilis non purum cerebri figmentum sit, sicut illam solide multis defendit M. du Hamel de consensu vet. & nova phil. L II. C. IV. §. VI. p. 661. de corp. affeet. L II. C. VIII. §. XIII. p. 211. attamen dum Cartesiani ea nimium abutuntur, in explicandis fere omnibus difficultibus phænomenis

tria facile cum duobus Hippocratis elementis, igne & aqua (i) conciliantur.

§. X. Quantumvis autem (a) non modorum & accidentium sit agere, sed substantiarum, attamen neque hæ agunt, nisi per modos, seu, ut stylo Peripateticorum loquar, (b) actio agentis non prodit quidem a forma sine subjecto, nsque tamen a subjecto sine forma, quam a solo complexu accidentium essentialium seu materiae modorum constitui, dictum fuit. Qua ratione materia, licet substantia dicatur, incomplete tamen haberi debet, & ex sece

E 4

moles

menis naturalibus, admodum verisimilis est de illa censura Boylei, quam his profert de orig. form. in prefat. Globulorum cœlestium & materiae subtilis notiones, quales a Cartesianis ad explicanda phænomena adhibentur, ego, qui corpuscularios in genere vindico, eorum vero parti nulli studio, non minus superflue, quam absurde, intrromitti posse, ratus sum; quod eadem haud satis factum reddere possint ingenuum lectorem, cuius, nihil non satagentem, indolem notionibus ludificari, quemibi ipsi parum sapiunt ad genium, haud ingenuum arbitror.

(i) L. I. de diæt IV. Vol. I. p. 182.

(a) Docente Bernoullu de gravitate aetheris p. 49.

(b) Secundum Sennert. Phys. L. VI. C. I. p. 411.

moles iners, quæ in otio perpetuo sine actione minima essentiam suam continuaret, nisi hanc modi seu accidentia essentia-  
lia formarum loco informarent; quorum virtute demum eadem, ut completum corpus naturale, suam energiam, & per hanc innumeras illas, quotidie in hac rerum vi-  
cissitudine occurrentes, mutationes exer-  
cet. Sunt autem generalissimi illi mate-  
riæ modi seu accidentia prædicamentalia,  
non vero prædicabilia, MAGNITUDO,  
FIGURA, SITUS & MOTUS. Quæ, (c)  
*tanquam essentialis materiæ proprietates,  
cuilibet integræ, siue indivisibili, utcunque  
insensili, materiæ particulæ necessario sunt  
tribuendæ.* Hæ, ut dictum fuit, cum Hip-  
pocrate ad duo quasi prædicamenta seu summa genera commode restringuntur,  
scilicet ad figuram seu materiæ divisibilitatem & quantitatem atque ad materiæ mo-  
bilitatem, cum & res quieta mobilis sit.

§. XI. Primus igitur materiæ modus ex ejusdem divisibilitate quantitas est, quæ distinguitur in *terminatam*, qualis est figura, & *interminatam*, qualis est *magni-  
tudo*

---

(c) Confer *Cartes. Princip. Philos. P. IV. n.  
CCIII. pag 307. Tattingh. Cl. Phil. Nat. c VII.  
Qv. I. p. 188. Boyl. de orig. form. p. 5. & 51.*

*iud*, (a) multitudinem (b) sub se comprehendens. Hujus omnino magna est efficacia, licet peripatetici hoc negent, quæ neque minus in medicina (c) elucet. Quantumvis autem communiter, (d) in

E 5

majo-

(a) Quibusdam molis nomine indigitatur, estque affectio corporis naturalis, quæ idem magnum aut parvum, seu multum & paucum, æquale & inæquale judicatur, ipsiusque proportio ad alia & ad actiones perficiendas per mensuras habetur.

(b) Siquidem mathematicis est solenne, fictione philosophica materias discretas conne<sup>c</sup>tere & continuas dividere. Qua ratione fluida, tanquam corpora continua, licet actu divisa sint, secundum longitudinem per modios mensurantur & contra columnarum longitudo per ulnarum numerum mensuratur.

(c) Ostendente Hippocr. *S. II. apb. LI. Vol I. p. 76. L. I. de diæta II. 10. p. 181. de vîctu acut. XXIII. 15. Vol. II. p. 287.* & confirmantibus medicamentorum dosibus. Siquidem, referente River. *Prax. L. I. C. VII. f. 216. Maf- farias fieri dicit, quod epilepsia raro cure- tur, quod medici semper in levioribus me- dicamentis bâreant ; idem de febribus ma- lignis esto judicium.* Etenim Hippocrate *S. I. apb. VI. Vol. I. p. 69.* inculcante, *ad ex- tremos morbos extreme curationes (exactæ proportione respondentes) optimæ sunt.*

(d) Secundum Senn. *Phys. L. III. c. II. p. 214. Ger-*

majori magnitudine major sit virtus, quod in multa materia multum formæ habeatur, ut hinc, quanta est caussa, tantus etiam ejusdem sit effectus. Subinde tamen hæc regula (e) propter circumstantiarum diversitatem fallit, ut non semper per maiores caussas eosdem effectus quoque maiores optato citius & certius obtineantur. Ut quantitatis autem proportio possit accuratius haberi, mens humana mensuras per ulnas, modios, pondera & numeros excogitavit. Quæ quidem dum exacte applicari non possunt, quandoque fallunt, quam cauſam quoque plurium in-

---

manice: Viel hilft viel; sicut multi ægroti, saepe graviter peccant, dum hæc simpliciter sibi persuadent.

(e) Qua ratione fatus minor candelæ flamمام accendit, major extinguit; & secundum Bohn. *Diss. Chym. IX. 5. p. 137.* Fervidior aqua, frumento affusa, fermentationem impedit, quam calor alias promovet. & *Diss. VI. 8. p. 89.* Quædam menstrua propter maiorem activitatem non eque bene solvunt. Simili modo sudores nimis violenti, v. g. in salinis extorsi, admodum in febribus curandis nocent, cum placidiores summe profint, &, cæteris paribus, rectius longius tempus continuantur.

incertitudinum in medicina Hippocrates  
(f) incusat.

§. XII. Hujusmodi corporis naturalis externa, seu Mediata durationis, quantitas est tempus seu determinatio durationis rerum, (a) quod sicut motus mensurat, ita ab his idem mensuratur. A pluribus quidem tempus quantitas continua esse defenditur, sed Hippocrati (b) magis discreta esse videtur. Quemadmodum autem motus, (c) sic quoque tempus, partes non habet simul, sed alias aliis excedentes, ut, ubi eadem est effectrix causa, quæ prorsus eodem modo operatur, par sit, æquis temporibus a-

qua-

---

(f) de vét. med. XVI. Vol. I. p. 22. Et ob has rationes vel arithmeticæ & universa mathesis nonnunquam fallit, ideoque ob similes incertitudines, sicut nec mathesis, ita nec medicina, ut per se incerta, culpari potest.

(a) Confer Barthol. Compend. phys. C. V. 3. p. 5.

(b) Dum de vet. med. XXXV. 6. Vol. I. p. 34. & in epistola ad Thessalum filium Vol. II. p. 934. ipse numerorum rationem ad criseos laudabilis aut perniciose tempora dijudicanda commendat. Confer Senn. Phys. L. I. C. VII. p. 99. & 106. Valent. comp. phys. C. IV. 13. p. 12.

(c) Demonstrante M. du Hamel de corp. affect. C. IX. §. III. p. 214.

*quales velocitatis (aut tarditatis) gradus  
acquiri ; Qua ratione statæ patoxysmo-  
rum febrilium periodi & evacuationes  
criticæ certis diebus eveniunt, ut eædem  
hinc materiali necessitati, non naturæ im-  
materialis prudentiæ morali, debeantur.  
Licet autem (d) omnes motus fiant in tem-  
pore, quidam tamen sunt etiam in momen-  
to, ut æque temporis parte. Cogitatio-  
nes igitur affectusque animi non sunt im-  
materiales quod in momento, attamen  
in tempore, motus illorum compleantur.  
Tempori rursus a Peripateticis falso effi-  
cacia omnis denegatur, (e) cum tamen  
illud*

---

(d) Male igitur cum Peripateticis Senn. *Phys.*  
*L. II. C. II. p. 156. & 158. tradit, lumen non esse  
corpus, sed qualitatem tantum intentiona-  
lem, quod illud in momento & instanti, non  
in tempore, moveatur. Quasi vero globus  
plumbeus non corpus esset, quod is, asclopo  
pyrio explosus, ictu oculi satis procul mo-  
veatur. Cum qualitas, tanquam accidens,  
non possit sine subjecto suo persistere, mul-  
to minus illa sine subjecto moveri potest;  
ut lumen qualitas neutiquam esse possit, o-  
mnisque intentionalis sit falsa.*

(e) Hinc etenim, monente Boyl. *bist. firm.*  
*LXXVI. p. 146. calcis camentum non, nisi post  
30. imo 80. annos, ultimum compactionis gra-  
duu*

illud ab Hippocrate, (f) tanquam res magni momenti, notetur, tam communissimum & commune, quam speciale & specialissimum. (g)

§. XIII. Quantitas interna determinata figura est, quam, velut corpus mathematicum, intellectus in tres terminos & dimensiones, quasi partes, dividit ; scilicet lineam seu longitudinem, superficiem seu latitudinem & profunditatem. Eadem enim ratione, qua indivisibilis atomi re-  
jici-

---

dum attingit. Et demonstrante Bohn. *Diss. Chym.* II. 28. p. 31. tempus (v. g. in solutionibus) non raro hujus vel illius motoris & combinatoris universalis (puta ignis, aeris, aquæ) potentiam compensat, & ne semper opus habeat hic alterius adminiculo, diuturnitate præstat.

(f) *L. II. Epid. S. III. 38. Vol. I. p. 698. S. I. aph. II. p. 68. S. II. aphor. XXXIX. p. 75. §. III aph. II. & III. Vol. I. p. 77.* Maxime vero hæc dies critici evincunt. Siquidem secundum eundem *de vet. med. XXXV. 6. Vol. I. p. 34.* *Judicationes & numeri temporum in concoctionibus humorum multum possunt.*

(g) Tempus communissimum dici potest anni, commune 4. anni temporum, specialius mensium, specialissimum dierum & horarum.

liciuntur, etiam mente, v.g. in filo tenuissimo non solum longitudo, sed etiam latitudo & profunditas concipiuntur. In figura enim notatur, an linea sit recta, aut circularis, aut angularis ; superficies recta, connexa, concava ; corpus autem triangulare aut quadrangulare seu cubicum aut sphæricum, quæ rursus innumeris fere modis differunt. Figuræ autem sicut maximæ energia (a) in majoribus corporibus apparet, ita eadem in minimis, etiam insensilibus corpusculis similem efficaciam (b) operatur. Imo figura etiam,

---

(a) E. g. Cuneus figura sua triangulari lignum diffindit, cui negotio cubica figura prorsus inepta est ; Malleus & forceps sicut figuris differunt, ita diversos effectus etiam edunt.

(b) Qua ratione Boyl. de prod. Princ. Chym. P.I. p. 3. sapidam salium qualitatem per acutam ipsorum figuram explicat, qua ipsorum minima suo acumine gustus, sicut tactus, organa ferunt. Et Bohn. Diss. Chym. VI 9. II. 15. p. 90. demonstrat, menstrua salina atque salino-sphurea agere, quod eorum ramenta rigidiora & acuminata, instar totidem cuneorum diffingant ; & pororum & solventium aculeorum conformitas magnitudine ac figura multum in solutionibus praestet.

etiam, sicut a spatiis, (c) corpore vacuis,  
& vel minimis porulis, abesse non potest,  
ita nec in iis otiosa est, sed, pro actioni-  
bus naturalibus variandis, admodum va-  
let. Quapropter eadem haud minus in  
corpore vivo, tam in statu naturali, quam  
præternaturali, tanquam maximæ energiæ,  
in natura humana, ab Hippocrate (d) in-  
culcatur.

§. XIV. Internæ quantitati seu figuræ  
extensioni externa, tanquā illius mensura,  
locus scilicet, respondet, qui quantitatem  
corporis naturalis, tanquam locati sui, men-  
surat, adæquate circumscribens, quasi vas  
quoddam imaginarium. (a) Qui, velut  
materiæ modus essentialis, æque ac figura,  
corporum naturalium essentias (seu formas  
spe-

(c) Confitente ipso Cartes. Princ. Phil. P. II. n.  
XI. p. 39.

(d) de vet. med. XXXIX. 3. Vol. I. p. 37. XLI. 25.  
p. 39.

(a) Locus internus extensionem fictam spatii  
denotat, quod communi usu loquendi va-  
cuum quoddam designat, cum locus igitur,  
confidente Cartesio, & declarante C. Bartho-  
lino, a cogitatione nostra determinetur, ex-  
ternus, internum mensurans, optime quasi  
vas quoddam imaginarium concipitur, lo-  
catum includens.

speciferas & naturas) cum aliis constituit,  
 (b) sub se spatiū, situm & ordinem complectens, neque mobilitatem propriam prorsus respuens; sicut hæc exempla medica per anatomiam & pathologiam (c) evidenter declarant. Quemadmodum autem angeli, sic hominis etiam anima immaterialis seu natura moralis, non est in corpore, tanquam in loco circumscriptive,  
 (d) ut multo magis supernaturale omni-

præ-

(b) Confer Boyl. *de orig. form.* p. 20 51. Tattingh. *Cl. Phil. Nat. C. V. Qu. II.* p. 99. Senn. *Phys. L. I. C. VI.* p. 77. 81.

(c) Confer Glisson. *de anat. hep. C. X.* p. 37. E. g. cordis situs est in thorace, tanquam loco mobili; idem naturalis ostendit, illud apice suo sinistrorum inclinare, ratione ordinis illud situm est in medio duorum laborum pulmonis supra diaphragmate. Ex ovo, agitatione minima quassato, nullos unquam pullos excludi, experientia testatur; adeoque situs solus materialis mechanismus vel in ipsa generatione plus, quam natura moralis unquam, valet.

(d) Siquidem ens alicubi esse tripliciter, doceatur, replete, definitive & circumscriptive seu localiter, quod postremum soli & omni corpori competit. Confer Senn. *Phys. L. I. C. VI.* p. 84. & insignissimum non duntaxat philosopho-

præsentis Numinis replere Sennertus (e) male cum physico confundat, idemque sono & lumini, tanquam immaterialibus, concedat. Qui vero facile confutatur exemplo vini, materialis, cadum replentis, & genuina explicatione, quomodo lumen ac sonus materialiter locos repleant.

## F

## §. XV.

losophum Aristotelicum, sed theologum quoque, ab heterodoxia quavis alienissimum, Cl. J. Thomas. *Phys. c. VIII. 5. 6. 7. 8. 9. 10 pag. 31.* quinimo B. D. Geierum von der Allgegenwart Götter. *Andacht XXIV. p. 380. XXVIII p. 456.* *XXXII. p. 519. XLI pag. 648.* Quamobrem P. Goldschmidt in seinen verworffenen Herren Advocaten absurditate rustica Cartesianos & corpusculares philosophos ab eo tñt & incusat p. 66. §. 8. scribens: So ist auch ein Engel nach der Cartesianer Lehr nullibi: Und was kan man daher schließen, als daß die Engel gar nicht sind, denn was wir gends ist, ist gar nicht, wie so wohl der gemeine Mann als der scharffsinnigste Philosophus Aristoteles schließet. Quis autem crassissimam hanc philosophiæ ignorantiam pietatis Zelo excusat, quæ potius pedantismi æstro debetur, velut hujus stolidum ornamentum vivis coloribus depingit ill. Thomas. *Prud. cogit. c. XVI 9. p. 235.*  
(e) *Phys. I. I.c. V. p. 60.*

§. XV. Interim verissime Sennertus  
 (a) scribit: *Occupare locum (& magis ad-  
 huc replere non supernaturaliter)* (b) est  
*simul cum altero corpore esse non posse, est-  
 que illorum, quæ materiam, tria dimen-  
 sione præditam, habent. Ea enim ita to-  
 tum locum occupant, ut simul in eodem loco  
 (scilicet specialissimo) esse non possint.*  
*Adeoque, quod vulgo dicitur, penetratio  
 dimensionum est impossibilis; ob quam nul-  
 lum corpus in locum, ab alio occupatum,  
 admittitur, donec hoc eundem prius dese-  
 rat.* Verum penetratio dimensionum  
 vera est a tali apparente distinguenda, quæ  
 fit per poros (c) vacuos, sed non per i-  
 psas dimensiones; quæ distinctio haud  
 minus

---

(a) *Phys. l. I. c. V. pag. 60.* Confer Cl. Thomas  
*Phys. c. VIII. 92. p. 42.*

(b) Etenim vinum, cadum replens, in locum  
 suum aquam haud admittit, nisi prius idem  
 depleteatur, & contra.

(c) Qua ratione vas cisteribus repletum, in ho-  
 rum poros magnam aquæ quantitatatem admit-  
 tit, neque adeo majus spatiū, quod occupet,  
 postulat. Et lumen, tanquam materialis sub-  
 stantia non dimensiones penetrat, & v. g. pa-  
 rietes ac januas, nisi per earum foramina; &  
 sic idem, per vitrorum poros penetrans, non  
 dimen-

minus locum habet in natura humana & corpore vivo. (d) Exinde merito a Platero (e) Plempius castigatur, *catarrhas per veram dimensionum penetrationem fieri defendens*, & hoc indubitatum ignorantiae *asylum Hippocratis autoritate*, falsissima tamen, tueri laborans. Cum hic nequam, per dimensionum penetrationem, catarrhos omnes (f) a capite ac coryza deducat, utpote quos (g) humoribus ma-

F 2 teria-

---

dimensiones penetrat, quas tamen, utpote minores nec aqua, nec spiritus, penetrant. Confer Bohn. *Diff. Chym.* VI. 9. p. 90. & XIII. 3 s. pag. 200.

(d) Secundum Hippocr. enim *L. VI. Epid. S. VI. 2. Vol. I. p. 812. Judicio est sensus ipse, quod rotum corpus est exspirabile ac inspirabile*. Quod vero de transpiratione insensibili, Sanctorio *med. static. S. I. apb. I.* comprobante, nec de penetratione dimensionum, esse declarandum, explicat ipse Hipp. *de alim. VI p. 596.*

(e) *Prax. L. I. c. VII. p. 200.*

(f) Sicut hæc catarrborum, quasi muci, ac capite deflui, deliramenta, Helmontius per totum tractatum hujus rubricæ pag. 346 impugnat, maxime contra illos medicos, qui *totum morbi, cuiusvis curandi, negotium per naturam, ut magistrum, absolvit, arbitrentur.*

(g) *de vet. med. XXXIII. Vol. I. p. 33.* Quorum potius

terialibus acribus, neutquam vero motibus incorporeis, adscribit.

§. XVI. Cum igitur per naturam impossibile sit, ut in eum locum, quem unum corpus occupat, aliud corpus quocunque admittatur, nisi prius ille locus deseratur & vacuus fiat, propter tot innumeratas locorum mutationes, aliquos illos quoque vacuos haberi, necesse est. Evidem de loco vacuo philosophi Peripatetici & Cartesiani per subtilitates inanes magis, quam ipsa natura, (a) solent abhorrire; cum tamen illa potius vacuum,

---

potius 7. species de gland. VIII. 2. 4. Vol. I. p. 418. describit, & inter illas unam quoque qua catarri per venas in sanguinem defluunt; sicut de viti. acut. XXXIX. 2. Vol. II. p. 300. exemplo anginarum & de morbo sacro VIII. 25. Vol. II. p. 334. epilepsiarum declarat.

(a) Etenim non ideo nihil nulla est extensio, Cartesianis objicientibus. Cum enim locus affectio sit externa, solaq; cogitatione determinetur, idem non determinatur extensio locati, v.g. vini, sed corporum externorum ambientium v. g. cadi. Haud secus pori figuram & extensionem suam habent a corpusculis circumscriptis, cum locatum in iis, aut eos penetrans, subinde figuræ multum differentis sit, sicut ipse Cartes. Princ. Pbil. P. II. n. XL. p. 39. concedere cogitur.

um, sensu Democriti (b) & vulgari, postulet, sicut ipse Cartesius (c) admittere cogitur. Nam sine vacuo motus localis non haberetur, utpote cui Cartesianus *circulus* (d) in hoc minime satisfacit. Idem quoque naturæ humanæ mechanismus in

F 3

cor-

(b) Utpote cui, referente Tattingh. *Cl. phil. Nat. c. IX. Qu. IV. pag. 218.* *vacuum nihil aliud fuit, quam aér; duplicitis autem generis vacuum ipse appellabat, alterum quod nobis est *imaginarium spatium*, alterum *aërem*.* Confer C. Barthol. *comp. phys. c. IV. 3 pag. 5.* Boyl. *bist. fluid. S. XIII. p. 48. S. XIV. p. 51.*

(c) *Quo Princip. Phil. P. II. n. XVII p. 42.* confitente, ex vulgi usuper nomen vacui non solemus significare locum, vel spatium, in quo plane nullares sit, sed tantummodo locum, in quo nulla sit ex iis rebus, quas in eo esse debere cogitamus. Sic quia urna facta est ad aquas continendas, vacua dicitar, cum aëre tantum plena est. Sed nostra cogitatio ad vacuum, vel non, constituendum, nihil confert, v. g. si urna sit præter opinionem arena repleta, nemo illam vacuam haberet, nec aquam admitteret.

(d) de quo vide Cartes. *Princ. Phil. P. II. num. XXXIII. p. 50.* Tattingh. *Cl. Phil. Nat. c. VI. Qu. IV. p. 124 & c. IX. Qu. III. pag. 210.* Sed contrarium potius evincunt aquæ, sine lapsu stagnantes, vel ipso Rheni flumine in Batavia ob oculos ponente.

corpore vivo (e) demonstrat. Nam vesica, nisi evacuaretur, urinam ex renibus novam non admitteret. Et, ob vacuum, omnino deficiens, in plethora (f) sanguinis circulus cessat, unde in ipsa & pleuritide (g) sanguinis missio non solum utilis est, sed saepius etiam necessaria.

§. XVII. Hippocrates in medicina locum, etiam communem, seu regionem (a), tanquam rem magni momenti, consider-

(e) Ipse Hippocr. l. II, de dieta XXXIII. 32. Vol. I pag 231. *Vacuum multum in corpore fieri, ostendit.*

(f) Qua ratione secundum observationem Bonnet. Anat. Pract. f. 467. aphonos factus in quo, venis omnibus turgidis, pulsus vix micuisset, a sola sanguinis missione ad libras duas, brevi convalescit. Quales casus alias medicis virium oppressarum dicuntur, distinguendi ab aliis virium vere deficientium.

(g) Etenim sanguinis missio in pleuritide juvat, non saltem sanguinis abundantiam imminuendo, sed magis revellendo, dum per vacuum factum sanguinis motus intenditur, quo is coagulum stagnationis, tanquam globulum, cuius dorsum non alii sustinent, facilis propellere, circuloque reddere valeat. Confer disput. meam de V. S. in pbrenitide intemperie.

(a) S. I. apb. II. 9. Vol. I. p. 68. apb. XVII. p. 71.

siderare non omittit. Etiam si vero pro  
hujus differentia medicina nonnun-  
quam minorem aliquam differentiam  
patitur ; haec tamen non ita magna &  
universalis. (b) habeatur ; Ut universa  
medicina secundum regiones variet. v.  
g. venæ sectio in pleuritide minime tan-  
tum per Græciam, Galliam & Italiam uti-  
lis est, noxia vero per regiones Septentrio-  
nales, Germaniam, Bataviam, Britanni-  
am. (c) Quapropter crises etiam, adhuc  
hodie in Germania, æque ac quondam in  
Græcia Hippocratis, observari possunt,  
modo sine somniis *exquisitarum*, quas

F 4

Græ-

---

*S. III. apb. II. p. 77. l. II de diata I. p. 210. & de  
aëribus, aquis & locis p. 327.*

(b) Docente ipso Hippocrate *Prænot. XXVII. 5.*  
*Vol. I. p. 471.* & confitente Baglivo *Prax. l. I.*  
*c. II § VII. p. 8.* Sic opium non tantum in  
Europa, maxime vero plagis ejusdem septen-  
trionalibus, narcoticum est ; in Asia vero vigi-  
lias inducit, quanquam pro harum diversi-  
tate illius dosis magnam quoque differentiam  
patiatur, magis tamen ob *confuetudinem*.

(c) Confirmantibus Tulpio & Diemerbroccio  
Batavis, & Willifio Londinensi. Hic enim  
*Pharm. Rat. P. II. S. I. C. IX. p. 126.* in haec ver-  
erumpit : *In pleuritide omni semper aeo &*  
*quibusque medicis vena sectio prescribi solet,*

*exce-*

Græcus senex pariter ignorat. (d) Equidem in Germania crises difficilius eveniunt; attamen in hac quoque plures *acrisiae* sunt vel cerebrinæ (e) vel neglecto medicamentorum usui & *medicinae* sine *medico*, aut intempestivis refrigerantibus, (f) debentur.

§. XVIII. Ex dictis simplicibus materiae modis magnitudine, figura, præsertim vero situ & ordine, textura (a) componitur,

qua

exceptis tantum fanaticis quibusdam & pseudochamicis, scilicet chrysopoeis.

(d) Cum enim, ut Hippocr. de artic. XLIV. 2. Vol. II p. 800 loquitur, ignari multi sint, lucroque hoc habeant, quod ignorant, persuadent enim alios, ipse de Artic. I. 3. p. 756. confitetur, se solum ignorasse, visum fuisse, & tantum illos omnia cognovisse; scilicet.

(e) Hujusmodi enim crisiū & acrisiarum simulacra tantum per cameras obscuras apparent in cerebris σοφιζομένων, qui describente Hippocr. de fract. I. 7. Vol. II. p. 708. tantum peregrina (& nova) cum nondum intellexerint, an bona (& vera) sint, magis laudant, quam quod familiare (& commune,) quod bonum (& verum) esse, jam omnes sciunt.

(f) Monente Baglivo Prax. l. I. c. XIII. §. VI. p. 122. l. II. c. XI. §. VI & VII. p. 248. c. XII. §. IV. V p. 254. 257.

(a) Confer Boyl. de orig. form. p. 20. 52. de pro-

qua corpuscula minima in unum corpus coguntur, ut aliquod distinctum constituant, v. g. lapidem vel metallum. Quæ igitur sine absurditate naturæ immateriali adscribi haud potest, nec ejusdem *prudentiam œconomicam* requirit; præsertim cum ex sola naturali necessitate, hujusque rythmis pro diversitate ac varietate corpusculorum componentium, texturas ordinatas, etiam differentium partium, emergere posse, Chymicorum arbor dia-næ (b) satis ob oculos ponat. Debetur autem textura syncrisi (c) maxime, sicut huic rursus continuitas physica & soliditas. Cujus cauſſa non eſt ſola quies aut

F 5                    æthe-

*duc. princ. Chym. P. I. S. I. p. 2. & S. III. p. 14.*  
*& 15. Ut itaque Glisson. de anat. bep. p. I.*  
*C. X. p. 39. & P. II. C. XII. p. 123. rationem ejus formalem per figuram internam haud exhauriat.*

(b) *Quam describit Bohn. Diff. Chym. II. 6.*  
*p. 19.*

(c) *Per quam & diacrisin Hipp. L. I. de diet.*  
*VI. 6. Vol. I. p. 184. generationem & corruptionem ipsius etiam corporis humani explicat. Ultra inquit præclare Exc. Bohn. Diff.*  
*I. & II. exponit; confer quoque Boyl. de orig. form. p. 41.*

ætheris compressio, sed longe frequentius contextura, velut plurimorum corporum pori evincunt. Quamobrem ad analogismum majorum corporum quoque in minimis varii texturæ modi facile declarantur, ut glaciei quoque soliditatem ac continuitatem texturæ deberi, (d) varia indigitent phænomena. A simili texturæ mechanismo partes corporis humani soliditatem (e) & organicam suam streturam nanciscuntur.

§. XIX. Proinde statuendum est, inquit Hippo-

(d) Scilicet ejusdem fissuræ, saepius inclusæ vesiculæ aëreæ, superficies variis distincta figuris, pelluciditas & occupatio majoris spatii.

(e) Sicut Boyl. de orig. form. p. 21. curiose his describit: *Cum corpus hominis de multis partibus externis, v.g. oculo, aure, constet, & quilibet pars distinctam & propriam texturam sibi vindicet, qua circumstantium corporum impressionum facile capax est, ideoque organum sensus appellatur. Animadandum, inquam, est, ipsa hæc sensoria adventitiis aliorum corporum figura & motu, texturaque diversimode posse affici, quippe quorum corporum externorum hæc oculo melius, illa auri, alia naribus &c. suis operationibus quadrat. Et ex his objectorum in sensoria*

Hippocrates: (a) naturam a multis ac omni-  
genis rebus quemadmodum moveri, sic et-  
iam doceri, ita ut violentia quædam (physi-  
æ necessitatis) subsit. Siquidem ad naturæ  
cognitionem non melius provehitur, quam ex  
motus spectaculis, in plurimis singularibus  
per omnes rerum naturalium vicissitudi-  
nes ac mutationes notandis. Etenim naturæ  
(b) primarium agens est motus, utpote a  
quo macrocosmi & microcosmi (c) e-  
nergiæ, actiones & mutationes singulæ  
inchoantur & absolvuntur. Sunt autem  
motus omnes modi tantum materiales &  
corporum, ut naturæ immaterialis motus

in-

soria operationibus mens humana diversas  
denominationes, huic lucis aut caloris, illi  
soni, alteri odoris imponit &c.

(a) Præcept. II. Vol. I. p. 60. Confer L. I. de di-  
cta IV. 10. & V. 9. p. 183. VI. 26. & VII. 14.  
p. 185. & Heurn. comment. in primum Hipp.  
locum.

(b) Docente Boyl. de orig. form. p. 2. 4. 39. 40.  
Cartel. Princip. Phil. P. II. n. XXIII. p. 45.

(c) Scilicet naturæ humanæ. Etenim, do-  
cente Hippocr. Præcept. IX. p. 65. hominis sa-  
nitas est natura quædam, quæ motum non  
alienum ex natura acquisivit. Solo caloris  
motu locali ex gallinæ incubatione pullum  
generari vivum, Boyl. de orig. form. p. 191.  
& hist. firm. S. LV. p. 127. démontre.

*incorporei* (d) solum contradictionem in adjecto, quasi σιδηροξύλα, oleant; singuli motus vero rectissime sub uno motu locali comprehenduntur.

§. XX. Communiter vero motus traditur corporis naturalis affectio, non unita, sed disjuncta, cum quiete alternans; sed rectius, comprobante Boyleo, (a) materia, omnesque ipsius atomi sunt mobiles & motus ἐντελεχεία seu actu primo & imperfecto instructæ sunt, quod autem aliquæ ipsarum quiescant, fit ex motus suppressione ac resistentia. Etenim, demonstrante Ill. Leibnizio, (b) est in rebus

---

(d) Eo sensu, quo ab iisdem figuræ materialis dicuntur, alias, sicut nec figuræ, ita nec motus, sunt materiati, seu substantiæ materiales. Confer Thomas. *Phys. C. IX.* 2. 3. p. 47. Senn. *Phys. L. I. C. VIII.* p. 118. Cartes. *Princ. Phil. P. II. XXXVI.* p. 53.

(a) *de corporum absoluta quiete S. II. p. 5. S. XX p. 18 Hist. fluid. S. XXVIII. p. 74. de causa attract. p. 66.* Confer quoque Bohn. *diss. Chym. II. 17. p. 125.* Sicut etiam confirmat experimentum Boyl. *hist. firm. S. XXII. p. 95.* & evidenter ob oculos ponit salium volatilium cum acidis fixatio, & cum lixiviosis revocata volatilitas.

(b) *In specimine dynamico Act. Erud. Lips. Ann. 1708. Mens. April. p. 145.*

bus corporeis aliquid præter extensionem, imo extensione prius, nempe ipsa naturæ vis mouendi, ubique ab ipsis Autore indita; quæ non in simplici facultate consistit, sed prætereat conatu seu nisu instruitur, effectum plenum habituro, nisi contrario motu impediatur. Quies itaque nullius corporis est absolute seu positiva, sed omnium privativa, quod eadem unice motus resistentiæ (c) debeatur. Qua ratione corpus quiescens actione resistentiæ ad quietis suæ continuationem indiget, hacque remota, etiam sine nova impellentis actione, movetur.

§. XXI. Quantumvis autem motus, juxta materiam, non sit DEO coævus secundum deliria quorundam veterum philosophorum; est tamen ab hoc eidem (a) concreatus, & sic creato mundo (b)

coæ-

---

(c) Quam Hamel *Astron. phys. L. I. p. 9.* eleganter simili duorum pugilum colluctantium declarat. Exinde cubica seu quadrata corpora difficilius moventur, quod toti superficie, resistentia se opponat, sphærica contra facilius moventur, quod eadem in minimo unico puncto resistentia tantum tangat.

(a) Docentibus Cartes. *Princip. Phil. P. II. n. XXXVI. p. 53.* Boyle. *de orig. form. p. 3.* Grot. *de verit. Relig. Christ. L. I. §. VII. p. 9. 10. 11.*

(b) Haud sècus ac veritatem æternæ, quæ di-

coæternus, ut motus necessitate physica  
 (c) secundum certas regulas & æternas  
 veritates adhuc continuetur. *Etsi vero*  
 idem (d) satis simplex rerum principium  
 est, ejusdem tamen infinita differentia per  
 gradus æque, ac alias conditiones & cir-  
 cumbentias, observatur. Certas illas mo-  
 tus regulas equidem Cartesius proposuit,  
 sed

---

cuntur, non ipsi DEO vera æternitate coæ-  
 ternæ sunt, sed tantum creato mundo.

(c) Quam hinc Hippocr. L. I. de dieta VI. 4.  
 Vol. I. p. 184. divinam appellat, ut Sennert.  
 de conf. Chym. C. IX. p. 184. verissime scribat:  
*Omnes motus, qui tam in plantis, quam in*  
*animalibus fiunt, certas periodos & stata*  
*tempora observant; quo ipso Creatoris sapi-*  
*entia maxima nobis conspicienda exhibetur.*  
*Cujusmodi motus hinc Hippocrates l.c. sub*  
*nomine rythmi comprehendit. Quam mo-*  
*tuum certo eodem modo, nec alio, semper*  
*contingentium, necessitatem physicam Car-*  
*tes. Princ. phil. P. II. n. XXXVI. p. 54. ex im-*  
*mutabilitate operationis DEI, mundum ea-*  
*dem actione, qua olim eum creavit, conti-*  
*nuo jam conservantis, optime desumit.*

(d) Docente Bohn. Diss. Chym. VI. 19. p. 96.  
*Ut scilicet is modo simplex sit, modo compo-*  
*situs, modo uniformis, modo difformis, mo-*  
*do celerior, modo tardior existat, modo se-*  
*cundum*

sed de quibus, ut minus solidis, merito  
dubitatur, (e) sicut in aliis minus verisi-  
mili opinione, (f) motus & quietis ean-  
dem quantitatem in hoc mundo semper con-  
tinuari, docetur ; cum tamen motus et-  
iam novi, numero, non quidem specie,  
plurimi quotidie occurant. Idem Car-  
tesius quoque, sine firma quidem ratio-  
ne, Peripateticorum motus *naturales*, a  
principio interno incipientes, prorsus ne-  
gat ; qui tamen secundum Illustrēm Leib-  
nizium (g) melius primitivi dicuntur, ut  
hujusmodi a *derivativis* & *communica-  
tis* motibus, quos Peripatetici *violentos*  
vocant, commodius distinguantur ; fal-  
so autem ab aliis omnes primitivi motus  
saltem

---

cundum lineam rectam, modo aliquam cur-  
varum, v.g. circularem, ellipticam fieri que-  
at &c.

(e) A Boyl. *de summa veneratione DEI* p. 20.  
& Bernoullo, alias tamen non leviter Carte-  
sii vestigia premente, *de gravitate aeris*  
p. 8. & 174.

(f) Cartes. *Princip. Phil. P. II. n. XXXVI.* p. 53.  
Tattingh. *Cit. Phil. Nat. C. VI. Qu. IV.* p. 136.  
*Qu. VI. p. 139.*

(g) In citato *specimine Dynamico Act. Erud.*  
*Lips. p. 146.*

faltem vitales atque animales (h) esse, traduntur.

§. XXII. Mobilitatis autem motuumque primitivorum, principium internum est gravitas, ut omnis materia, hujusque insensibilis atomus (a) æque ac extensa, etiam gravis sit, deorsumque tendat, hinc etiam per pondera (b) mensuranda; ita

ut

(h) A Tattingh. *Cl. pb. Nat. C. VI. Qv. V. p. 135.*  
Aristotelem comprobante. Simili ratione Anaxagoras & Cardanus magnetem animatum & animali potentia instructum delirarunt, sicut quoque de horologiis Sinenses primum seipso deluserunt.

(a) Secundum Hippocr. enim *de stat. XX. 12. Vol. I. p. 411.* omnia gravia natura ad fundum deferuntur. Confer Boyl. *de utilit. philos. experim. P. I. Eff. IV. p. 64.* Quamobrem Helm. *de lith. c. IV. II. p. 678.* primis materiæ modis rectissime pondus etiam addit, quod Cartesiani, haud accurate hinc philosophantes, prætermittunt; dum scribit: *Profecto corpora non agunt in corpora per naturalem compositionis actionem, sed quicquid corpora invicem peragunt, id sit ratione ponderis, magnitudinis, figurarum & motuum.*

(b) Cum igitur *mathesis consistat in mensuris commensurabilium,* ad ejusdem principia quoque pondus pertinet; hinc ex ejusdem augmen-

ut nec æther, (c) nec aër, excipiatur, levitasque omnis (d) tantum minor & relativa gravitas existat. Hujus quidem prior caussa communiter a Cartesianis *materiæ subtilis depresso* fngitur; quæ vero potius, tanquam prima quædam caufsa, priorem aliam non agnoscens, a DEO

G

(e) ma-

augmentum, novæque accessus per curiosa experimenta firmissime demonstratur. Quilibus e. g. utitur Bohn. *Diss. Chym. V. I.* p. 71. *de salium crystallis*, *Diss. XIII. 5.* p. 201. *de spiritu salis Armeniaci*. Boyl. *de gemm.* p. 93. & 135. *de acidulis*; *de form. orig.* p. 194. *de cepis.*

(c) Sicut Bernoullus integro tractatu ætheris gravitatem demonstrat; quam quoque aëris ostendunt experimenta M. du Hamel *de corp. affect. L. II. C. XI.* p. 231. Gobardi *de barometro* p. 13.

(d) Confer M. du Hamel *de corp. affect. L. II. C. IX. §. XIV.* p. 221. E. g. quod aëris levius ascendat, fit, quod pressio ipsius a gravitate irrita reddatur ab alia vehementiori, & impediatur, ne in actualem descensum abeat; haud sècùs, ac imposito graviore plumbo lancitrutinæ, & alteri ligno, quod tum ascendit, licet id in se grave sit. Hinc etiam levius supernat gravius, & omnia corpora præter aurum, super hydrargyro natant.

(e) materiae, ut essentialis affectio, concreata est, pro motus interno principio. Ejusdem energia in corporis vivi (f) etiam mechanismo elucet; Siquidem vel ipse sanguinis vitalis circulus eidem est obnoxius, sicut pluribus phænomenis, (g) patholo-

(c) Confer M. du Hamel *de corp. affect.* L. II. C. VIII. §. II. p. 206. quanquam is *ibid.* §. XIII. p. 212. contrariae hypothesi Cartesianorum magis faveat, & Boyl. *tent. physiol.* p. 20.

(f) Exinde Hipp. l. c. probat, quod *corpora hominum, etiam viva, adgravata, retinentur in somno.* Et pulveres, v. g. chinæ chinæ, lapidum cancrorum, concharum, ostrearum, copioso aut longo usu, ventriculo alias debili, exhibiti, in fundo ejusdem diutius remanent, ut hinc contumax ciborum inappetentia & febres lentæ ac hecticæ subinde sequantur; sicut confirmant observationes Zwelf, *in append. ad animadv. Pharm. Aug. f. 67.* & Wedel. *Pharmac. L. II. S. III. C. V. p. 141.*

(g) Quamobrem, manibus propendentibus, venæ intumescunt, sanguis lentius circulatur, partes inflamatæ exasperantur, & in febricitantibus debilibus, erecto capite, animi deliquia terrent, etiam si *natura moralis tonum deserere nolit.*

thologicis etiam & therapeuticis facile corroboratur. Neque obstat, quod in moribundis emaciatis gravitas major, propter elaterem scilicet labefactatum, observetur. Quo gravitatis etiam mehanismo in corpore vivo Sanctorii *medicina statica* fundatur, ex qua in medicinam maximi usus, haud minus practici, redundarunt.

§. XXIII. Alterum motus principium internum, *visque ipsius primitiva* est facultas corporum elastica, qua materia, prius compressa, tensaque, se restituere nititur, motumque reflectit. (a) v. g. cum

G 2 elater

(a) Siquidem illi Leibnizio certum videtur, licet non ab omnibus agnoscatur, repercussionem, sive reflexionem motus, non nisi a via elasticā, proficiat. Licet autem Bernoullus in pila eburnea, motus tamen reflectente, nolit elaterium concipere; nihilominus duris etiam corporibus vim elasticam haud deesse, ostendit columnā marmorea, cuius Bohn. de aere C. II. p. 261. mentionem facit; & Boyl. hist. firm. S. VII. p. 82. demonstrat obturaculo vitro. Hoc certum est, mollia corpora, v. g. lutum, motus haud reflectere, sed pilas ex lana, pilisve capreolorum, ob majorem & indubitatem vim elasticam, motus longe magis reflectere.

elater chalybeus, primum constrictus hinc se relaxans motum automati cujusdam perficit. Quamvis vero hæc vis elastica etiam aquæ, pluribusque liquoribus, maxime fermentantibus, non sit deneganda, præ aliis tamen eadem majori aër (b) pollet, sicut plurima experimenta, alias non explicanda, evincunt. Cartesius quidem hanc rursus a materiæ subtilis impulso deducit, sed quod ob plurimas difficultates (c) vix est verisimile. In naturæ humanæ mechanismo pariter vim elastica locum habere ac operari, ostendit, quod manus, intra machinam pneumaticam, exhausto aëre, posita, intumescat, animalia viva eidem inclusa, inflentur, musculari, præsertim rescissi, retrahantur & abbrevientur.

§. XXIV. Præter motus primitivos, a principio interno profluentes, plures quoque

---

(b) Docente M. du Hamel *de corp. affect. L. II. C. XI. §. I. p. 231.* ob particulæ suas plicabiles, que, ut lana fila, superiorum pondere comprimuntur.

(c) Confer Bernoull. *de æth. gravit. p. 81.* M. du Hamel *de corp. affect. L. II. C. VIII. §. II. p. 206.*

que fiunt per communicationem, (a) ex contactu fortiori & impulsu externo (b) alias corporis moventis, motum suum corpori movendo communicantis, dum hoc ab illo ex loco suo expellitur, quem idem occupare tentat. Hos motus Peripatetici *violentos*, rectius autem Ill. Leib-

G 3 nizius

(a) Quamobrem sedulo distinguendum est inter initium motus & ejus communicationem seu continuationem vel propagationem, que est ejusdem actio, qua motus ex una materie parte in aliam quiescentem, vel tardius aut aliter motam, transfertur, docentibus Tattingh. Cl. Phil. Nat. C. VI. p. III. & Qv. XIII. p. 184. Valent. Phys. C. IV. p. 12.

(b) Appellatur autem, monente Bohn. *Diss. Chym.* I. 23. p. 12. *externus motor etiam*, qui non extra ipsum concretum constitutus est, illudque ambit, v. g. ignis, metallum liquans; aqua Regis, aurum solvens. Quippe bujus terminis ille non raro circumscriptus seu inclusus tenetur, quietus equidem hactenus, sed data occasione in motum se exerens, v. g. cum fermentatio principaliter a motore intrinseco emanat. Nibilominus principium quoque hoc intuitu mixti equidem internum, respectu particularum vero movendarum, quas interjaceat atque appellit, extrinsecum vocare decebit.

nizius *derivativos*, vocat ; qui vero non longius se continuant, quam pro violencia majore aut minore impellentis, (c) etiam resistentia omni deficiente. Quamvis autem communes attractiones omnes (d) etiam per impulsum fiant, attamen per speciem distinctam a communibus, & specialissime sic dictis, pulsibus sunt discernendæ ; & quidem tam in mechanismo macrocosmico, v. g. trochleariæ ejusque funis ductarii ; quam in mechanismo naturæ humanæ corporisque vivi præsertim quod

---

(c) Evidenter ostendente Senn. *Phys. L. II. C. III. p. 186.* *Omnis motus velocitas & tarditas dependet a virtutis moventis proportione ad medii resistentiam.* Nihilominus, illa etiam non obstante, finita impulsus caussa, non infinitum motus effectum producere potest ; quamobrem aëris resistentia lapidis descendens, sicut ascensum ex jactu, non sifit. Alias maximum quiescens a quandulocunque incurrente sine ulla hujus retardatione abriperetur, secundum objectionem Ill. Leibnizii in cit. *specim. dynam.* p. 151.

(d) Demonstrantibus Boyl. *de caussa attract.* C. I. p. 63. M. du Hamel de corp. affect. C. VIII. §. XII. p. 211. Bernoull. de atb. gravit. p. 8. 28. 31.

quod ad motum muscularum (e) & chirurgicas operationes attinet. Motus vero violenti possunt etiam cum naturalibus componi, sicut alias natura, non motum duntaxat, (f) varias amat compositiones, imo decompositio-

nes.

§. XXV. Ex humanae igitur naturae fontibus pro manantia sanguinis flumina homini vitam (b) conferunt, dum circulum suum (c) perpetuant, non ex principio

G 4

animæ

(e) Sicut præsertim oblique oculorum musculi ostendunt, quorum tendines per cartilaginem cavam, quasi trochlear rotulam, trans eunt, qui non rectilineo motu oculos sequentes trahunt, sed trahendo circummagunt.

(f) Confer Bernoull. de ætheris gravitate p. 16.

(a) Ut cum Hippocrate de corde V. 12. Vol. I. p. 291. loquar.

(b) Dum enim, secundum eundem L. II. de morb. VIII. 15. Vol. II p. 41. sanguis non mouetur, fieri non potest, ut non etiam corpus quiescat ac torpeat.

(c) Cujus manifesta vestigia pluribus in locis Hippocratis extant, v. g. L. II de dieta XLV. 15. Vol. I. p. 238. de venis XVII 4. 7. p. 304. de locis in homine IX p. 367. de flat. XXI. 4. p. 412. de alimentis VII. 7. p. 596. IV. 24. p. 595. L. I. de morb. XXVIII. 5. Vol. II. p. 33. XXX. 18. p. 35. de morbo sacro VIII 15. p.

333. ut

animæ immaterialis morali, ejusque *perita œconomia* & prudenti voluntate, sed ex mechanismo geometrico, quasi per artificium, perpetui mobilis communiter dicti. (d) Dum scilicet propter valvulas, sanguinis, ex venis affluentis, exitum ex corde in arterias, tamdiu præcludentes, (e) cordis musculus cochlearis in diastole satis

333. ut circulatio sanguinis ab Harveo, non tam noviter inventa, quam saltem reiecta, videatur.

(d) Quo v. g. ex lacu stagnante continua molendini agitatio perfici laboratur, quanquam in hoc plurimi frustra desudarint. Quamobrem sanguinis circulus ab Hippocr. *de corde VI. 6. p. 291.* boni ac præstantis artificis opificium esse, laudatur, quod scilicet quæcunque artificum humanorum artificia longissime superet, & hinc omnem naturæ humanae intellectum, prudentiam & peritiam transcedat, cuius etiam voluntati minime idem subjacet.

(e) Etenim, præunte Hipp. *de corde VII. 7. VIII. 3. Vol. I. p. 292.* Cordis pellicule latenses opus sunt dignissimum cognitione. Sunt enim & aliæ quedam in ventriculis cordis pelliculae, velut aranearum telæ extente, & que undiquaque oscula cingunt, & strias ac segmenta in solidum cor inserunt. He mihi nervi

satis ex & intenditur, ut is hinc, valvulis denique retractis & reclusis, in ipsius systole cum majori violentia motum suum ex elasticitate reflectat. Cordis enim diastolæ sufficienti (f) sanguinis, ex venis

G 5

rede-

nervi ipsius visceris & vasorum principia aortis esse videntur. Ceterum osculis singulis tres pelliculae subornatae sunt, rotundæ in summo, velut circulus semifectus. Et qui rei intelligentes sunt, admirantur, quomodo oscula & aortarum fines claudant. Et si quis veteris, eximendi cor mortui, moris gnatrus, aliam auferat, aliam reclinet, neque flatus immensus in cor penetrarit ( $\delta\epsilon\lambda\thetaος$ , transierit.) Atque haec magis in sinistri ventriculi osculis merito exactius subornatae ( $\iota\mu\eta\chi\alpha\eta\thetaησαν$ ) secundum mechanica artificia constructæ sunt Confer Bohn. Circ. Anat. Prog. VI. p. 101. 105. maxime hoc facientia, experimenta.

(f) Sanguis enim cum impetu & impulsu ex venis in ventriculos cordis refunditur ; quem ejusdem per venas jugulares delabentis, gravitatio & pressio admodum auget ; ut taceam duræ matris sinus, sanguinis illud flumen quoque fortiori systole, quasi arteriarum, urgentes. Hinc cordis situs medium corporis occupat, ut vitalis fluminis æquilibrium eo facilius servetur. Accedit, quod systole,

redeuntis, impulsus, juxta elasticitatem quoque suam ex motu intestino, satisfacit. Quantumvis autem a quibusdam non tam cor, quam *motus tonicus* fibra-  
rium musculosarum, in artubus maxime, primarium sanguinis circulantis instru-  
mentum doceatur; hujus tamen funda-  
mentum gangræna, non semper, sed ra-  
rissime, paralysi superveniens, abunde  
convellit.

§. XXVI. Ex sanguinis autem circulo, per incipientem coagulationem, seu spis-  
titudinem, mechanice (a) turbato, hor-  
ror, calor & febris sequuntur, sudoribus solvenda. Calori vero febrili sanguinis circulus seu motus progressivus, saltem auctus, (b) minus satisfacit, sed pro illo quoque motus intestinus fermentationis

auctior

---

stole, cordis non solius sit, sed per arterias, imo venas, perpetuetur: Ipsi denique cruo-  
ri elasticitatem motus ejusdem intestinus, quasi fermentationis, addit.

(a) Inculcante Hippocr. *de flat.* XI. Vol. I. p. 405. *L. I. de morb.* XXII. 7. Vol. II. p. 27.

(b) Siquidem in sudore sanguinis circulus au-  
ctior calorem febrilem potius solvit secun-  
dum Hipp. *de vet. med.* XXIX. 35. Vol. I. p. 31.  
*& L. II. de diet.* XLV. 19. p. 238.

auctior (c) postulatur. Qui vehementior, pro excitando calore, motui particularum sulphurearum verticillari producendo, haud impar est, quo illæ per crebras reflexiones quasi concentrantur (d) seu comprimuntur; cum alias sine hoc neque fermentatio, neque putredo, calori excitando satisfaciant, sicut exemplo fimi equini foenique madidi facile illustratur. Neque vero tam materiæ subtilis, quam particularum sulphurearum (e) motus

ver-

(c) Confirmantibus inflammationibus, in quibus sanguinis circulus potius retardatur, testante Hipp. S. II. aph. XLVII. Vol. I. p. 76. de flat. XIII. u. p. 407. Confer Willis. de febr. C. II. p. 116.

(d) Nimirum solis luminosa corpuscula non urunt, aut incendunt, nisi per speculum concentrentur seu comprimantur. Ita in fimo equino, foenoque madido calor nullus sentitur, si dispergantur, quod effluvia sulphurea non colligantur, cumulentur crebriusque reflectantur. Exinde calor febrilis, sudore deficiente, cum extremorum etiam perfri geratione, per viscera maxime augetur, per sudorem vero remittit, confirmante Hippocr. de arte XXII. 6. Vol. I. p. 13. de locis in homine XXXVIII. 5. Vol. I. p. 386.

(e) Siquidem in limo madefacto, nec in fimo vac-

verticillaris calori producendo convenit, haud minus in febribus ; in quibus idem non saltem imaginarius, sed verissime realis, habetur.

§. XXVII. Per corporei quoque motus mechanismum respiratio pariter explicanda est ; cuius potissimum usus est, pro voce sermoneque hominis (a) formando ; sine quo homo brutum animans, nec homo, utpote quavis societate moralis destitutus, foret. Cui negotio quidem optime follium (b) mechanismus inservit, qui vero cum pro systole thoracis

---

vaccino, imo haud quovis equino, sicut quidem *in fimo equorum, grana mandentium,* verissime notante Helmont. *de febr. C. II. 12.*  
*p 743* nullus calor observatur. Haud secus calor in gangrena remittit, magisque perfrigeratio succedit, licet in præcedente inflammatione calor intensus afflixerit ; cum tamen in illa materia subtilis aque non sicut in statu naturali, pede inoffenso per lineas retas sanguinis struem permeare possit, sed, ob inordinatum particularum situm, ubique offendicula non possit non deprehendere.

(a) Secundum Hippocratem *L. IV. de morb.*  
*XXX. 5. Vol. II. p. 156.*

(b) Quem Hipp. *de corde VI. 10. Vol. I. p. 293.*  
 proponit.

ac extensione duntaxat sufficiat, eidem Aeolipilarum (c) mechanismus quoque jungendus videtur ; siquidem transpirationis insensibilis maxima copia per oris halitum (d) deprehenditur : utpote qui non fuliginibus quidem , vaporoso tamen gas sanguinis fermentantis , debetur , sicut phænomena tubicum , canentium & currentium (e) ob oculos ponunt . Quod autem animalia viva , inclusa vase , exhausto aëre moriantur , non evenit (f) tam ob aeris inspirationem denegatam , quam ob convulsiones , ex nimiis , maxime muscularum , extensionibus , ab humorum inter-

---

(c) Quo scilicet thoracis diastole intendatur per pulmonum a sanguinis gas vaporoso inflationem ; exinde , aspera arteria , in cane vivo filo constricta , vesiculæ pulmonum , magis inflatae , albescunt.

(d) Comprobante Sanctorio *Med. Stat. S. I. Apb. I.* quem Listerus etiam corroborat ; sicut , hyemali tempore peregrinantium , barbae , capillique quasi nivosi ob oculos ponunt.

(e) Et anginosorum *spiritus , meteorus* Hippocrati dictus , in quibus pectus multum attolli , vel ipsis oculis usurpatur.

(f) Quemadmodum etiam Boyleus & Bohn . *Circ. Anat. Progymn. V. p. 91.* admittunt.

internorum elasticitate (g) supervenientibus, quanquam aëris inspiratio non ideo plane negetur.

§. XXVII!. Cautius igitur physicus ille moralis prorsus manum de tabula continuisset, ut is philosophus medicusque mansisset, qui bruto intellectu *nexus illum ex Sydenhamio assequi haud novit*: *Febris, tanquam fermentatio, est instrumentum naturæ brusæ consilioque destituta,* & tamen sequitur effectus non brutum quid, sed consilium omnino involvens principium. Sydenhamius certe per hanc foricium muscipulam universum naturæ moralis mysterium gravissime convincit, quam per illud rudis medicina sine physice (a) fundamento exstruatur, & quam

ex

---

(g) Quæ hinc evidentissime demonstratur. Nam unde alias corpora inclusorum animantium adeo inflantur? Haud secus ac vesica suilla in simili vase, aëris antea maxima parte per compressionem evacuata, maxime inflatur, ita ut eadem sæpius hinc disrumpatur:

(a) A cuius tamen fundamentis jaciendis hodie physici morales singularibus parænesibus medicinæ studiosos absurdissime deterrere non erubescunt, ne scilicet *mysterii naturæ moralis* inanitas fætigatur.

ex hujus ignorantia hodie tota praxis medica confundatur. Ex physica enim nexus ille, alias hujusmodi doctoribus, de natura sine illius cognitione sensuque, psittacorum instar, garrientibus, transcendentalis, addiscendus & in medicina presupponendus est. Siquidem, demonstrante Boyleo, (b) *DEI Sapientia plane magis elucescit in fabrica universi* (& haud minus animantium brutorum & hominum,) quod efficere possit, ut tam vastæ (& tam curiosæ) machinae omnia, que

(b) De natura S. I. p. 3. Ubi præmittitur: *Ua ingeniosi machinatoris pericula inde magis elucescit, quod machinam ea industria conferet, ut nihil aliud intentum ad finem consequendum postulet, quam partes quasdam, intellectu privatas.* Magis, inquam, machinatoris hinc ars emicat, quam si opus foret, ut prudentior quidam servus machine operationes moderaretur, aut qui machine semper, ne aberraret, foret intentus. Confer eudem de orig. form. p. 6 Contraria enim ratione secundum epist. Pauli ad Rom. C. I v 22. 25. Φάσιοντες είναι σοφοί ἐμωράνθησαν; οἵτινες μετήλλαξαν τὴν αληθειαν τῆς Θεᾶς ἐν τῷ ψεύδει, καὶ ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλέγουσαν τῆς πτώσεις (Φύσεος) παρὰ τὸν κτίσοντα, ὃς ἔστιν ἐυλογητὸς ἐις τὸς οἰκίας αἷμα.

quæ sibi proposuerat, præstent ope (NB.) bruta & inanimata tantum materia, secundum certas motus localis leges directæ, generali que tantum concursu sustentatae; Magis, inquam, illius sapientia hinc elucessit, quam si quandam intelligentiam operi præficeret; cuiusmodi naturam (maxime physici morales) concipiunt, ut illum regularet, juvaret, partiumque motus determinaret. Quod ut confirmetur, recordari poteris posteriores poëtas priores merito inscitiae ac imprudentiae accusasse, in condendis tragœdiis ac comœdiis, quod eo sepe res redigi paterentur, ut Deitatem quandam in theatrum (Θεόν ἀπὸ μηχανῆς) introducere cogarentur, quæ illas extricaret ac enodaret.

Nec Deus interfit, nisi dignus vindice &c.

Absurdissima vero potius nec tendi ratio est: Ergo sublimius illud, a Sydenhamio vocatum, consilium immediatus est febris auctor. (c) Num ergo artifex horologii est horæ sonantis immediatus, & non mediatus, auctor? Discite, quæso logicam, ne vos adeo pons asininus præcipitet!

## CAPUT IV.

---

(c) Quam brutalis autem est moralitas, qua naturæ etiam bestiarum, nullo modo moralium, imo etiam plantarum, gaudere finguntur? certe secundum brutam philosophiam, qua potius misere naturam magistratur.

## CAPUT IV.

Medicina naturam hu-  
nam per mechanismum demon-  
strat (2) Chymicum, ex duobus  
salibus, acido & alcali, juxta par-  
ticulas tamen sulphureas  
& terrestres.

§. I.

Hippocrates (a) ad chymicum hunc  
mechanismum maxime notatu dignis  
verbis manuducit, scribens: *Quicunque  
medicus (more physicorum moralium,  
hujus (b) principia) considerare non novit,  
quomodo ille morbos, (eorumque caussas)*

(a) *De vet. medic.* XXIII. 17. Vol. I. p. 26. &  
XXIV. p. 27.

(b) *Ibid* 20. secundum quæ inest in homine & amarum, & salsum, & dulce, & acidum, & acerbum & fluidum, & alia sexcenta, omnigenas facultates habentia, copiamque ac robur. Atque hæc quidem, mixta & inter se temperata, neque conspicua sunt, neque hominem lèdunt, tanquam humana natura potentiorat.

(c) Cum igitur heumata secundum Hippocr. de vet. med. XXXIII. XXXIV. Vol. I. p. 33. in falsoe

cognoscere posse? Siquidem ab unoquoque illorum afficitur & alteratur homo (seu ipsius natura) vel hoc vel alio modo, & ex his omnis vita & sano, & ex morbo convalescenti, & agro. Nihil igitur utilius, neque magis necessarium in medicina, quam hac nosse. Hic mechanismus autem non ex vulgarium chymicorum, vel aurifucum, haud simul eruditorum, nec logicorum, falsis theoriis addiscendus, sed magis ex eorundem experimentis, methodo

fauces dilabentia, angina, pulmonum inflammations, erysipelata, febres, & alia quaecunque mala homo patitur, omnia a facultatibus salinarum potentissim in humoribus proficiuntur (nec a naturae moralis motibus incorporeis,) quid mirari licet, quod physici morales publicis scriptis confiteri cogantur, medicamentorum (suorum) usum in peripneumoniis, pulmonumque inflammatoriis affectibus ne bilum magis egros sublevare, aut convalescere adjuvare; adeoque hos, contra idem quidem vadem datam, cum gravioribus circumstantiis febrium lentarum & hecticarum interire; longe secus ac ex aliorum medicorum, quos reprehendunt, methodo, qua potius decem contra unum operato post laudabiles crises, maxime sudorum convalescant.

thodo philosophandi genuina, (d) eru-  
endus & deducendus est, facem præfe-  
rentibus Ill. Boyleo, & Bohnio. Qualis  
summæ utilitatis (e) in medicina facile  
probatur, præsertim vero pro medica-  
mentis cum judicio feligendis (f) secun-  
dum facultates eorum medicas, alias vix  
solide addiscendas.

¶ II. Quantumvis autem mechanis-  
sum hunc chymicum Baglivus (a) &  
Cl. Uratslavenses (b) improbare videan-  
tur, eorum tamen rationes non legitimi-

H 2                  mum,

- (d) Confer Senn. de cons. & diff. Chym. C. I. p. 14. C. V p. 114. Boyl. de produc. princ. chym. in præfat. & de util. Phil. Exp. P. II. Eff. V. Chap. VIII. p. 177. Chymist Scept. p. 149.

(e) Ipsò Baglivio confitente Prax. L. II. C. IX. S. III. §. III. p. 220. & corroborante River. Prax. L. XVII. S. III. C. I. f. 543

(f) Hac enim ratione addiscitur, longe diversam facultatem esse spiritus sulphuris, quam ejusdem florū; spiritus salis Armeniaci acidi, quam volatilis alcalini; spiritus nitri, ac lapidis prunellæ, nitrive fixati; spiritus vero cordis, cum spiritu vini aut aqua cinamomi salem destillati, virtutem confortantem esse tantum cerebrinam.

(a) Prax. L. I. C. X. §. III. p. 89. C. XII. §. IV. p. 104. C. VI. §. I. p. 28.

(b) Hyster. morb. p. 251.

mum, (c) sed solum falsum & spurium, tangunt. Quomodo acidi & alcali (d) theoria saltem generalissima, nec ad speciales salium compositiones descendens, longe omnino medicinæ nostræ est insufficiens, cum ad sexcentas facultates, quas Hippocrates postulat, (e) præter has duas

(c) Ipso Baglivo admittente *Prax. L. I. C. XII.* §. V. p. 104. C. XI. §. VII. p. 97. L. II. C. XI. §. XI. p. 251. Et Ulratislavenses concedunt, ab hoc *mechanismo σοχασμὸν in eligendis remediis certiorem evadere*; quæ res in medicina sane maxime utilitatis, quinimo necessitatis habetur.

(d) Quam vel ipse Hippocrates improbat *L. II. de diæta VII. 4. p. 214.* siquidem alias, eodem de *vet. med. I. p. 14.* monente, *quicunque, de medicina dicere aut scribere aggressi, dicendi scopum sibi ipsis ac fundamenum supposuerunt calidum, aut frigidum, aut humidum, aut siccum, aut aliud quodcunque voluerint, rem in compendium courabentes, principium caussæ tum morborum, tum mortis, hominibus idem unum* (v. g. naturæ moralis aut spiritus secundum Wirdigium) *aut duo* (v. g. acidum & alcali) *proponentes hi quidem in multis, quæ dicunt, manifesto errasse, dependentur.*

(e) *de vet. med. XXIV. 28. Vol. I. p. 27.*  $\frac{2}{3}$  *dicta* *muoia.*

duas salinas simplices primas & generalissimas, non solum facultates pertineant etiam reliquæ, v. g. pinguis seu sulphurea, terrea, idem fluida, calida &c. sed quoque subalternæ, speciales & specialissimæ, varieque decompositæ sint numerandæ ; cujusmodi præsertim in medicamentis, specificis dictis, elucentur.

§. III. Mechanismi hujus chymici principia primum tria tradebantur ; (a) Sal, Sulphur & Mercurius, utpote in metallis conspectiora ; quæ deinde ad reliqua duo regna, vegetable & animale, per analogiam

H 3

giam

(f) V. g. Saponis vis antepileptica & anticterica &c. composita est ex oleo & sale lixivioso, unde magis quoque, quam simplex lixivium, linteorum maculas eluit. Qua quoque ratione aromatum salia artificiosa, ex oleis illorum facta, Helmontius tr. pot. med. 52. 65. p. 385. 387. multis aliis, tamen efficacibus, medicamentis præfert. Nucis etiam moschatæ virtus carminativa composita est ex sale volatili oleoso, sed præterea quoque facultate narcotica ; qua contra rosmarinus caret, hinc magis cephalicus, inque soporosis affectibus utilis. Confer Boyl. *de specif. p. 47.*

(a) Confer Senn. *Phys. L. I. C. V. p. 399. de cons. chym. C. XI. p. 264.*

giam quandam extendere visum fuit.  
 Quibus recentiores aquam & terram, tanquam principia prætermissa, nec sub illis comprehensa, superaddiderunt. Verum principii (b) Mercurialis notio, communis hodiernorum chymicorum sensu accepta, est inconveniens, nec cohærens, &, pro genere quodam constitutendo, inepta; siquidem tota ejusdem ratio formalis in volatilitate consistere, traditur; cuius ratione spiritus omnes eo referuntur; quæ tamen qualitas sali & sulphuri communis est, tanquam accidentalis & subalterna differentia. Verum primi chymici sub hoc melius aquam, (c) terra comprehensa, innuere videntur; siquidem ipsis sicut *sulphur* principium metallorum masculinum, ita *Mercurius* (d) ma-

ter

---

(b) Annotante Bayl. de prod. princ. chym. P. IV. p. 49. imo Sennerto, alias his primis admodum favente, de Conf. Chym. C. XI. p. 313.

(c) Stylo Hippocratis L. II. de diæta, confirmantibus experimentis Bayl. Chym. Scept. p. 99. 102. & 108. de orig. form. exp. IX. p. 272. de prod. princ. Chym. P. V. p. 80. & 82. Confer Helmont. tr. cause & init. 31. p. 30. element. 15. 16. p. 43. Progymn. meteor. 13. p. 56. complex. atque mist. elem. figm. 3. p. 85.

(d) Confer Senn. Phys. L. V. C. V. p. 400. & de

ter principium fæmininum docetur, cum idea maximæ mutabilitatis, ut nunc coagulatus seu siccus, nunc fluidus; & rursum jam fixus, jam volatilis habeatur. Quantumvis autem Boyleus similem inconvenientiam de principio sulphureo (e) animadvertis, illud tamen non æque prætermittendum est, sensu quidem correctiori, quam quo a chymicis mechanicis sumi solet. Quippe de singulis his principiis chymicis observandum est, illa non esse (f) prima elementa & hypostatica principia, concretis naturalibus omnibus universalia, quorum unum in alterius naturam transire respuat; sed sunt illa singulares specificæque secundorum minimorum (g) & primorum mistorum texturæ & naturæ, quæ per suas sensiles proprietates (h) illam genericam suam

H 4

con-

---

*conf. Chym. C. XI. p. 315.* ubi recensetur, *Raphael Eplinum in Elia Artista monstrare, omnia metalla in Mercurium resolvi posse, tanquam proximam metallorum materiam.*

(e) *de Producibil. princ. Chym. P. III. p. 37 & S. III. p. 41.*

(f) *Confer Boyl. Chym. Scept. p. 49. 144. 149. 152.* ubi fundamentum quoque illorum ex analysi chymica per ignem penitus convellitur.

(g) *Ostendente Bohn. Diff. Chym. I. 21. p. 11.*

(h) *Ut hic pariter locum habeant Peripateti-*

convenientiam detegunt, ob quam operationes eadem in pluribus diversis concretis deprehenduntur.

§. IV. Quantumvis autem objicienti Boyleo (a) facile concedatur, principium sulphureum non esse simplicissimum, nec purissimum in corporibus naturalibus deprehendi, nec tale quavis mechnica elici aut elaborari posse; sed illud fieri ex eadem universalis materia nihilque aliud esse, quam coalitionem quarundam particularum, quarum aggregatum, quoniam talem habet contexturam, talem motionem &c. proprietates illas, praesertim inflamabilitatis, acquirat propter quas corpus sulphuris nomen sortiatur. Sufficit tamen principium sulphureum esse illam specificam texturam, qua plura concreta convenient, rursusque a pluribus differant,

& ex

cortum illa communia quasi brocardica, quibus utitur Senn. *Phys. L. II. C. III. p. 185.* Illustratum est, rerum formas latentes, propriisque nominibus destitutas, per propria accidentia, nobis notiora, describere. item *L. VIII. C. I p 586.588.* Diversitas operationum pendet a diversitate formarum (seu potius texturarum,) & omnis (textura seu) forma, qualis sit, operationibus suis se prodit.

(\*) *de prod. Prince. Chym. P. III. p. 37.*

& ex qua plures operationes naturales pro-  
manent atque modificantur, sine qua nul-  
lum concretum sit inflammabile, (b) si-

H 5

cut

(b) Secundum Senn. de cons. Chym. C. XI. p. 311.  
Siquidem, docente Bohnio Difff. Chym. II. 12.  
p. 22. & III. 24. p. 51 & X. 25. p. 166. Spiritus  
ardenter ob particulas sulphureas & oleagi-  
nosas vegetabilium, per fermentationem cum  
sale & phlegmate intimus cunctes, inflam-  
mabiles evadunt accensique flammarum con-  
stituunt. Et Diff. III. 6. p. 36. Ignis elemen-  
tatus sunt particulae sulphureae accense, seu  
celerius & ad se invicem determinata ratio-  
ne vibrata, qui cum pabuli seu materie (sul-  
phureæ) deflagratione absuntur ita ut ib. 10.  
p. 38. 12. p. 39. Flamma ex sulphureorum ac-  
censione prorumpens, nihil, nisi effectus ra-  
refactionis a que attenuationis materiae un-  
ctuosa seu sulphurea existat. Exindeque illa  
tantum concreta, in quibus molecula sulphi-  
reæ abundant, concremabilia observamur,  
aut scintillulas fundunt. ibid. 15. p. 41. & 21.  
p. 50. Etenim flamma semper presto esse debet  
substantia sulphurea, multumque de sulphure  
participans, que particulas, dissipatis & ex-  
pulsis, succenturiantes, facile continuo, suppe-  
ditat; ita ut oleum seu pinguedo, calore resolu-  
ta, in ardente lucerna, ab elichnii parte inferi-  
ore ad hujus fastigium, eis vicinorem aërem,  
ignis

cut quidem omne, quod illo abundat. Neque obstat, saepius ab aliorum principiorum particulis prævalentibus adeo illud involvi, ut corpora, per species subalternas, & fere longe differentia, (c) pariat, quinimo talia, quæ solitas operaciones, ipsamque inflammabilitatem, (d) non exerant.

## §. V. A

*ignis actione rarefactum, per elasticitatem aut gravitatem suam, haud secus, ac mercurius in barometro, vel aqua in antlia, asurgere conspiciatur.*

(c) Qualia sunt spiritus ardentes, bitumina, olea destillata & expressa, pinguedines, sulphura stricte sic dicta, v. g. citrinum, & antimonii, carbones.

(d) In sapone substantia pinguis & sulphurea est manifesta, nihilominus idem, ob copiosas particulæ salinas junctas, non est, ut sanguum, inflammabilis. Pulvis pyrius, aurumque fulminans summe sunt inflammabilia, qualia tamen esse desinunt, spiritibus acidis imbuta. Qua ratione aurum adeo fixum est, ut a violento igne aliquot dierum ne minimam quidem ponderis atque materiae partem perdat; nihilominus, in auro fulminante, accenso, illud particulæ suas sulphureas, utpote magis evolutas, detegit, haud secus ac chalybis scintillæ sulphur istius

com-

§. V. A sulphureo principio chymici quoque odores (a) deducunt, ita ut *sulphur* ab ipsis *primum odorabile* habeatur. Quantumvis autem sulphura plurimum ad odorem conferre, negandum non sit, attamen illud quoq; certum est, ab illis solis odores non profluere, b nisi prius eadem a sale volatili alcalino resolvantur, ex licentur & expandantur; sicut e contrario illa (c) magis a salibus acidis invertuntur, invol-

combustibile, demonstrante Bohn. *Diss.*

*Chym. III* 12. p. 39.

(a) Confer Senn. *Phys. L. VII. C. IV.* p. 520. de *conf. Chym. C. XI.* p. 311

(b) Siquidem, docente Bohnio. *Diss. Chym. X.* 20. p. 163. *omnis odor, sive gratus, sive ingratus, a sulphure concreti, sale acuat. & exaltato, emanat, ita quidem, ut salia volatilia, maxime graveolentia, quibus vulgo elementarem simplicitatem nuncupant, nullo modo educi, aut educta concipi, queant, nisi sulphur copiosum secum velenia, utpote in quod, ipsis obvium, nunquam non agere possunt, sed ejus particulas semper delibant, secumque abripiunt.* Exinde Boyl. *de orig. form.* p. 214. odores corporum a textura totos dependere docet.

(c) Qua ratione succinum, ut quidem ejusdem oleum, odorem nullum spirat, nisi demura

volvuntur & figuntur, ut odores priores non amplius emitant. Etenim (d) omnia odorata sapida esse solent, & omnia salia volatilia odorata, ut sulphura de se odores haud spargere videantur, nisi prius eadem a salibus junctis volatilisentur, (e) & per καπνώδεις ἀνθυπατίσεις deportentur,

mum accensum. Et testande Boyl. l. c. *camphora in oleo vitrioli penitus dissolvitur, ut ipsa ne odore quidem percipiatur, affusa vero aqua, eadem penetrantis odoris denuo resurgit*; haud secus ac vel ipsa salia urinosa, quando ab acidis figuntur, odorem suum deponunt. Confer Wedel. *amoen.med.*

*L. I. S. I. C. V. p. 22.*

(d) Monente Senn. *Phys. l. VII. C. IV. p. 519.* ut secundum Helmont. *tr. imag. ferm. 31. p. 94.* odores saporum nedium sint nuncii, sed & parentes promiscui.

(e) Sennertus equidem l. c. p. 522. gratis probare laborat, odores esse *qualitates intentionales*, (similes motibus incorporeis) neque quandam *substantiam corpoream aëream tenuem*, seu καπνώδην ἀνθυπατίσιν a rebus odoratis effluere, atque ab odoratu percipi. Rectius Helm. *tr. Magnum Oportet. 36. p. 126.* tradit, odorem non dispersi sine odorabili, quod sit gas rei. Quamobrem, monente Zwelf. *Pharm. Aug. f. 2. & 5.* odorata in coctione vires suas amittunt.

tur. Qua ratione, terebinthina vel aliis aromatibus assumptis, urina violaceum odorem spirat, & flores lapidis hæmatitæ, per se inodori, cum sale Armoniaco sublimati, aromaticam croci fragrantiam exhibent. Notatu autem dignum est, (f) sulphura condensata minus, ac discontinuata, grata; concretaque eo suaveolentiora esse, quo sulphure magis digesto, subtiliori ac pauciori gaudent, & contra graveolentiora esse, quo crassius & impurius hoc existit.

§. VI. Neque vero naturæ humanæ principium sulphureum deest, quod potius Hippocrates sub mechanismi sui chymici sexcentis, æque ac fluidum comprehendit, sicut illud aliis locis (a) inter principia reliqua chymica recenset. Siquidem chymicæ destillationes ex omnibus universi corporis partibus, vel ex ipsis ossibus, oleum detegunt; quorum medulla idem alias satis aperte ob oculos ponit, haud

(f) Declarante Bohn. *Diff. Chym.* X. 20. p. 164.  
ubi de odoribus plura præclara, lectuque admodum digna, habentur.

(a) *L. II. de diæta VII. 4. Vol. I. p. 214. XXXIII.*  
*19. Vol. II. p. 230. de int. affect. XLIX. 8. Vol. II. p. 193.*

haud secus ac pinguedo, in pluribus aliis partibus deprehendenda. Evidem ipsa copiosior morbum & fere leucophlegmatiam portendit, (b) quasi eadem in statu naturali superflua foret; verum ex hujus etiam defectu (c) naturam ad morbos, maxime vero tabem, repere, quotidiana praxis docet; quod ob illum humores acres & salini non ita temperentur atque demulceantur; unde tabidos copiosus butyri, aut recentis axungiæ canis, esus, & potus lactis multum juvat. Ipsius vero sanguinem hoc principio abundare, suumque calorem vitalem ex hoc conservare, (d) ejusdem inflammabilitas suadet;

quam-

---

(b) Siquidem cum obesitate praesertim hepatis incipit grandescere, sicut a copioso lactis potu me plutes observationes anatomicae docuerunt. Quapropter obesarum quoque bestiarum v.g. porcorum & anserum sagittatorum, bilis fere amarore caret, carnes vero admodum insalubres sunt, quod ipsæ transpirationem insensibilem imminuant, compabantibus etiam experimentis medicinæ staticæ Sanctorii.

(c) Ut cum Hippocr. *de Humor.* III. 106. Vol. I. p. 321. loquar.

(d) Etenim observante Boyle. *de Sangu. Hum.*

quamobrem & aromata, (e) hoc principio ditiora, optime illum restaurant. Quinimo spiritus animales seu succum nervosum æthereo sale volatili oleoso constare, apoplexia, reliquique generis nervosi morbi aperiunt; pro quibus curandis aromata, maximeque olea ipsorum ætherea, usu externo & interno, remedia sunt efficacissima.

§. VII. Tertium mechanismi chymici principium est salinum, præ reliquis, haud minus in natura humana, activissimum. Peripatetici, tanquam qualitatem, illud a forma substantiali deducunt, sed, dum ipsi admittunt, (a) qualitatem & actionem agentis non a forma sine subiecto prodire,  
ipsi

---

append. ad P. IV. Exp. II p. 85. sanguis humanus, exiccatus & pulverisatus, carbonibus injectus, flammarum eructat, ut eidem olei longe major insit portio, quam hactenus quispiam observavit. Quam evidenter etiam farcimina, ex saginatorum porcorum sanguinibus confici solita, gustui detegunt.  
(e) Confer Wedel. Amoen. med. l. I. S. I. C. V. p. 22. & seqv. Boyl. de specific. p. 26.

(a) Secundum Sennert. Phys. l. III. C. I. p. 204. L. VI. C. I. p. 411. haud secus ac acicula, ratione figuræ materialis seu materiae ferreæ animatae, pungit.

ipſi conſitentur, facultates has ab accidentibus modisque materiae, ſine qua, tanquam ſubjecto ſuo, iidem non existunt, dependere; ſicut Boyleus b) pluribus demonſtrat, ipsamque ſalinam qualitatem (c) a ſalinorum corpusculorum ſpeciali figura, magnitudine, ſoliditate ac pondere rectius deducit. Quantumvis autem chymici nimio rigore principiorum ſuorum tranſelementationem, ſaliumque novam producibilitatem negent, non tamen omnino (d) negandam; attamen e contrario nimia facilitate Boyleus (e) ignivel ſoli

(b) de orig. form. p. 59. & III.

(c) de produc. princip. chym. P. I. S. III. p. 10. &  
S. I. p. 5.

(d) Confer ejusdem Chym. Scept. p. 116. 145.

(e) Siquidem is de prod. Pr. Ch. P. I. S. I. p. 5.  
putat, non incredibile videri debere, quod a-  
eida ſalia, aque ac cetera, variis deſtilla-  
tionibus, attritionibus, coaſtationibus textu-  
ra que mutationibus, que diuersis modis fieri  
poſſunt, producibilia ſint, praefertim vero ignis  
operationibus. Qui, utpote agens activiſ-  
ſimum, veſtementer ac diuersimode minutus,  
quibus corpus conſtat, partes exagitans, po-  
teſt harum aliquas diſſindere ſeu diſfringere,  
alias vero quaſi ad invicem commolare,  
&, ut verbo abſoluam, inquit: earum mo-  
lem

soli energiam concedit, salia nova in concretis producendi, & ex ipsis reducendi. Etenim chymica quidem analysis (f) non tam concreta in elementa & simplicia principia sua reducit, sed, ex duobus vel pluribus subinde combinatis, potius elementata componit; nihilominus neque ignis quodlibet, aut saltem sal (g) ex quolibet concreto producere valet; sed hæc ipsa figuræ aut texturæ aptitudo, propter quam ignis ex hoc, & non illo, concreto sal elicit separatque, (h) ipsum est principium

## I

## cipium

*lem figuram & motiones sic alterare, ut facultatem habeant confundi seu incidendum lingvam, tum cetera corpora, in que agunt, ad morem corporum, quæ salina nominamus.*

(f) Confer Boyl. *Chym. Scept.* p. 66. 80 195.

(g) Ex auro sane, terra, cineribus elixiviatis & ossibus calcinatis nulla ignis mechanica sal acidum aut alcali licet obtinere, sicut quidem ex vitriolo, nitro, &c.

(h) Nimirum, docente Bohn. *Diff. Chym. I.* 20 p. ii. tam salia urinosa seu volatilia, quam alcalifaria seu fixa sub forma sibi propria, vel sub proprietatibus suis in concretis nullo modo deprehendere valemus, eis principium salinum his intergere & ab iis dem. fine igne quoque evocari posse, notissimum sit, ita

cipium salinum, quod tamen purum (i) nec in rerum natura habetur, nec ab arte produci aut separari valet.

§. VIII. Salini principii naturam in acuminata figura (a) maxime consistere, sicut sapores & solutiones, iis præstandæ, comprobant; ita salium differentias speciesque subalternas pariter ex hujus specifica variatione pendere, certum est. Sed quæ cujusque salis specifica figura sit, determinatu (b) res est altioris indaginis.

Equi-

ut concludere conveniat, sal quidem his ac illis concretis subesse. aliter tamen hoc modificari, aliisque substantiis diversimode per diversas, quibus elicetur, enclosures combinari.

(i) Etenim secundum eundem Diff. Chym. XIV 6. p. 217. Vix sal aliquod adeo purum & concreto ullo separari potest, aut a natura productum existit, quin alias simul heterogeneitates, terreas scilicet aut sulphureas intermixtas foveat, imo concreto inexistentis, sal ceterarum partium amplexibus arctioribus ita irretitur, ut sine harum inosculacionibus vix educi queat &c.

(a) Declarante Boyl. de prod. princip. Chym. P. I. p. 3.

(b) Evidenter omnem hanc difficultatem solvere videtur, quod salium diversorum crystalli

Equidem (c) alcalinorum atomi figura  
crassiuscula, rigida, acuminata, variisque  
poris instructae dicuntur; acidorum atomi  
contra minutissimæ valde acutarum extremi-  
tatum, instar gladiolorum ancipitum, ex  
utraque parte scindentes adumbrantur.  
Quæ vero determinationum secundum  
analogismum majorum corporum exacte  
per circulum philosophicum cohæreat,

I 2 omni-

stalli diversas specificas geometricas figuræ  
eodem modo semper oculis exhibeant; ita  
ut, v. g. sale nitri & marino, una in aqua  
solutis, utrumque singulares & differentes  
exhibeat crystallos; quasi talia secundum  
quosdam non natura solum substanciali, sed  
& intellectuali, quin imo morali, gauderent,  
attamen quod etiam physicæ necessitatibus effe-  
ctus minima circumstantia variet, illam non  
perpetuam esse, testantur Wedel. *Pharmac.*  
*L. I. S. II. C. II.* p. 13. Boyl. *de orig. form.* p. 101.  
Bohn. *Diss. Chym.* I 14. p. 8. & VI 15 p. 93.  
Ut hinc nihil solidi, pro textura ipsarum  
atomorum salinarum specifica dignoscenda,  
colligi posse videatur.

(c) Schuyl. *pro vet. med.* p. 46. tradit, particu-  
las acidas, utpote minus rigidas & flexilio-  
res, scindere, alcalinas vero pungere, do-  
cente Cartesio de homine. Confer Guilielmi-  
ni *diss. Epistol. de salibus*, quæ in altis Erna-  
dit.

omnibusque salium phænomenis (d) explicandis accurate respondeat, hoc loco, tanquam περιέργον (e) disquirere nostrum brevi-

*dit. Lips. mense Februario 1708. p. 78.* recensetur; item quæ *ibid. mense Julio 1707. p. 320.* secundum Hartsockerum recensentur.

(d) e.g. Effervescentiæ acidi cum alcali, & quod utriusque salis acumen notabiliter hinc, sicut etiam a solutis saxeis, acidorum obtundatur.

(e) Quod quidem cum Baglivo *Præx. L. I. C. XI. §. VII. p. 98.* non ideo penitus improbandum est, siquidem secundum Hipp. de *Euschemos. I. 6. Vol. I. p. 52.* illud neque otiositas est, neque malitia, sed mentis vigilantia. Modo ne quis unice talibus inhæreat, & præ his necessaria, utiliora & pragmatica postputet, aut, tanquam unicum mechanismi chymici fundamentum, requirat, sine quo huic nulla soliditas constet. Sicut enim, monente Boyl. *tentam physiol. p. 20.* rationem jam aliquam (& sufficientem) reddit, qui cur lapides, ferrum, aliaque omnia præter unicum hydrargyrum, auro innarent, docet, quod cetera omnia hydrargo sint leviora, et si phænomenon gravitatis caussam non ab atomis deducat; p. 22. Sicut quoque pulveris pyriti vis admiranda haud negligenda est, quod quis atomorum species, in singulis ejusdem ingredientibus, expendere non

brevitatis studium haud admittit. Hoc unum liceat monere, (f) salinarum atomorum dora, instar cuneorum, obtusa esse posse, licet reliqua superficies acumen torment. Alias vero sufficiat, texturas has insib[us] latentes, nec a priori per mechanismum geometricum exacte determinandas, a posteriori per mechanismum chymicum sapore atque proprietatibus, insensus incurrentibus, detegi. E.g. acidæ sapore hoc specificam suam texturam aperiunt, qua tamen saxeæ & ossea solvunt, licet non per illum, sed per hanc tanquam rationem caussandi, alias hujusmodi operationes edant.

§. IX. Salinæ facultatis primaria proprietas est, ut ipsius particulæ sint in aqua solubiles, præsertim *cum salia non agant nisi*

I 3

*non noverit* : Ita sufficit, salium singulorum diversas & specificas operationes & proprietates addiscere, licet atomorum salinarum specificæ figuræ demonstrari nondum possint.

(f) Sicut evincere videtur, quod duo diversa salia in uno subiecto ante conflictum cohabitare possint, deinde vero per effervescentiam aut fermentationem facto concurso, textura con-

*nisi sint soluta.* Nimirum (a) majora salina frustula, aquæ immisla, fundum quidem petunt, attamen per hujus internum agitationis motum, liquidis essentialiæ, illa in salinas atomos disjunguntur tam minimas, quales ob minimam relictam gravitatem, intra liquorum poros, quinimo intra ipsos corpusculorum ordines suspendantur, (b) quos mole ac gravitate sua druellant; etenim aquæ, salibus saturatae, ob novas intercapedines notabiliter intumescunt, majusque spatum querunt. Quapropter quoque ob motum, calore auctum, poros dilatatos, ordinesque laxatos, aqua calida plus solvit, quam frigida, plus, quam hæc, ebulliens, & destillationes, cohobationes, circulationes, digestionesque chymicæ saturatissimas præbent solutiones. Dum igitur salia, (c) liquo-

re

---

concreti longe diversa evadat, v. g. in lacte, musto, ut hæc variatio solum diverso salium situi ascribenda videatur.

(a) Confer Guilielmini *dissert. Epist. de salibus*, sicut recensetur in actis Erud. Lips. mensis Februar. Anno 1708. p. 70. Boyl. hist. fluidit. S. XV. p. 52. & S. XXI. p. 60. 61.

(b) Secundum Bohn. *Dissert. Chym. V. 15. p. 80.*

(c) Confer eundem *Dissert. I. 24. p. 14. II. 22.*

p. 28.

re dissoluta, ex firmitudinis & quietis statu in fluiditatis motusque statum divenuntur, & hinc ad vibrationem & impulsum fortiorem accipiendum, aptiora evadunt, illumque præterea liquorum motus intetinus etiam addit, eadem quoque sic solutionibus suis præstandis demum satis adaptantur ; quas alias sine tanto motu præstare non valent, utpote quo *quasi malleis eorum aculei seu cunei poris compagum solvendarum intruduntur.* Licet autem olea essentialia (d) satis sapida sint, & hinc salina, nihilominus vero in aqua non solvantur ; reliquis tamen principiis quoque hoc commune est, ut, si quæ aliis admodum involvantur, sicut hujusmodi oleorum sal eorundem sulphuri, qualitates & proprietates suas, ut dicta olea suam in aqua solubilitatem, amittant.

§. X. Altera salini principii proprietas est sapida qualitas, (a) ita ut sal primum

I 4

sapi-

(d) Objiciente Boyleo *de prod. princip. chym.*

*P. I. p. 3*

(a) Licet autem, hoc maxime potentia, aromatum olea & spiritus ardentes magis ad sulphurum classem pertineant, eadem tamen salinas particulas intertextas gerere, negandum non est, secundum Bohn. *Dissert. Chym.*

*I. 14. p. 8. VI. 10. p. 90. 31. p. 102.*

sapidum esse dicatur & ex diversis saporibus salia quoque diversa, aut varie combinata, deprehendantur. Quales cognationes salinas quoque in humoribus corporis vivi Hippocrates (b) docet, qui facultates horum salinas secundum sapores, utpote nobis notiores, nominat, scilicet, ut ipsi sint amari, falsi, dulces, acidi & acerbi. Chymici recentiores salia, (c) tanquam in duo summa genera dividunt in acida & alcalina, & haec rursus in volatilia seu urinosa, & fixa seu lixiviosa. Quantumvis demonstratu (d) difficile sit,

(b) *De vet. med. XLII. 3. Vol. I. p. 40.* Συγγενεῖς.

(c) Evidem Boyl. *de prod. princ. chym. P. I. p. 2 & 4. S. III. p. 7. de Color. Exper. XX. p. 295. Chym. Scept. p. 177.* Wedel. *Pharm. L. II. S. IV. C. IV. p. 173.* Zwelf. *in append. Pb. Aug. f. 71.* trichotomiam salium præferunt, ut ipsa sint vel acida, vel lixiviosa, vel urinosa; & hic *contra Taschen. P. II. C. VII. f. 39.* acriter præfertim alcali volatile notionem impugnat; res tamen eodem recidit, sicut inferius de sale alcali pluribus declarabitur.

(d) Cum Boyl. *Chym. Scept. P. III. p. 176.* & *de prod. princ. Chym. P. II. S. IV. p. 31.* adiaphoros suos lignorum spiritus defendat; sed non est rationi absconum, replicare, spiritus hos esse acido-salsos; ex acido & alcali composito;

num non dentur salia vere tertia & neutra, id est, quæ nec acida, nec alcalina, nec ex ambobus contexta, sint. Inter alia tali sale neutro pollere, camphora videatur, ob inflammabilitatem quidem sulphurea, sed ob acrem saporem etiam salina. Cujusmodi quoque Boyleus spiritus lignorum, adiaphoros ipsi dictos, arbitratur ; qui quidem primum acidi de stillantur, sed ab acore rursus, abstractione super corallia calcinata, liberantur. Nihilominus licet doctrina salium acidi & alcali, (e) ob alias etiam rationes,

I 5

quasi

positos ; & sic etiam camphoram ; cuius facultas quidem medica proxime ad salium volatilium oleoforum virtutes accedit. Et enim ipse Boyl. *de orig. form. Exp. IV. p. 232.* proponit salem quendam mirabilem, evidenter quidem ex acido & alcali compositum, qui vero in tentaminibus, nec acidi, nec urinosi, nec lixiviosi, salis naturam testetur ; ut adeo animus meus adhuc propendeat ad Bohn. *de aér. infl. C. IV. p. 274.* assertum : Tale sal, quod respectu acido-salsi, eidem tertii dicti, quartum nominatur, non esse ens reale.

(e) Ex ipso sacro codice dogmatis hujus antiquitatem colligere licet, quod ab ipso, *cunctis* quam

quasi pro universalibus principiis, omnino insufficiens sit, eadem tamen exinde non, ut inutilis (f) est rejicienda, sed, ut imperfecta, potius supplenda.

### §. XI. Salia

quam res maxime repugnantes, acetum & nitrum opponantur, recensente Boyl. de prod. Princ. Chym. P. I. S. III. p. 11. qui nitrum hoc de veterum Ægyptiaco, vere lixivioso, declarat. Non autem meam facio, & aliis, ut satis firmam, obtrudo traditionem Tachen. Hipp. Chym. C. III. p. 16. & Clav. C. II. p. 32. C. III p. 43. quasi Cous L. I. de Dieta sub nomine ignis acidum, sub aquæ vero alcali sal, innuat. Probabilius secundum Democriti philosophiam, quam liber hic ubique spirat, magis ignis pro primo naturali movente & aqua pro materia, explicari posset.

(f) Siquidem, secundum Hippocr. de arte I. 4. p. 1. scientiæ votum ac opus esse videtur, & semiperfecta similiter ad finem perducere atque absolvere. Quod enim alias in physica & medicina, tanquam imperfecta & incompleta, repudianda forent. Ipse Boyleus igitur, dogmatis hujus insufficientia multis de monstrata, C. VIII. p. 68. acidi & alcali principia non minimo spagyricis medicisq; usui f re denig; libens admittit; sicut etiam de sanguine hum. P. IV. Tit. XIV. p. 46. exemplis ipse confirmat.

§. XI. Salia vero acida præcipue sub li-  
quorum & spirituum nomine formaque  
occurrunt, siquidem hi sunt ipsa salia re-  
soluta, & ab aqua interna deliquum pas-  
sa. Boyleus (a) equidem acida salia, quæ  
passim habentur, in concretis suis non  
jam existere, sed noviter demum, præser-  
tim ab igne, produci arbitratur. *Cum*  
*limoniorum berberumque succus acido qui-*  
*dem scateat, soli tamen aquæ pluviae (b)*  
*debeatur; vina etiam dulciora in acetum*  
*degenerent; ligna per retortam spiritus a-*  
*cidos, igne aperto fuliginem, sale alcalino*  
*ditem, præbeant; Et sal commune ac ni-*  
*trum acidi saporis exortia, igne tamen for-*  
*ti spiritus acidi plus, quam tres ponderis*  
*sui quadrantes largiantur.* Verum in a-  
quis etiam insipidis (c) sal acidum sæpius

re-

---

(a) *dé produc. princ. chym. P. I. S. I. p. 4. 5. S. II.*  
*p. 6. S. III. p. 14.*

(b) E qua tamen alibi non acidas, sed aroma-  
ticas quoque plantas progerminare, per ex-  
perimenta idem probat.

(c) Sicut colligitur, quod plures aquæ insipi-  
dæ a liquore tartari præcipitentur, idem quod  
in locis palustribus gramen acidius crescat,  
hinc non tam vaccis, quam equis, commo-  
dum; Cujusmodi solum patresfamilias,

insper-

reconditur, quod, si aquæ pluviaæ deest, non tamen terris deficit; in quibus, ab hac illud deliquatum, in plantarum alimentum devehitur; &, sicut aceti sal acidum non est fermentationis novum productum; quippe quod jam in uvis immaturis gustus deprehendit, & ex dulcibus mustis (d) ante illam jam destillatur; ita nec spiritus acidus salis & nitri ab igne producitur, cuius quantitas in destillatione ab additæ terræ (e) humiditate accrescit. Etenim sal commune nitrumque crudum propter sal acidum, jam in iis existens, carnes, fumo indurandas, condunt. Licet igitur nitro non sit tantus a-

cor,

inspersis cineribus elixiviatis & stercore galinarum, utpote multum alcalinis, corrigere solent.

(d) Eodem *ibid. P. II. S. I. p. 22. & S. IV. p. 28. 29. testante.*

(e) Sine hujus enim additione spiritus acidus ex nitro saleque communi non destillatur, ipso Boyl. *ib. P. I. S. III. p. 10. 14. 26. confite. Ut taceam igne minus forti ex nitro & sale communi spiritus eosdem acidos destillari, si modo aliad menstruum prius ipsis affordatur; eodem de util. Phil. Exper. P. II. Eff. V. Chap. VII. p. 171. & Bohn. Diff. Chymico-phys. II. 7. p. 19. docentibus.*

cor, (f) cum sal acidus, non amplius purus, sed ab alcali obtusus, in eodem existens, se exerere non possit; idem tamen jam adest; sicut in omnibus acido-salsis, e. g. tartaro vitriolato, nitroque regenerato appetet. Denique ligna, præsertim viridia, etiam igne aperto per fumum, hinc oculos mordentem, salis acidi copiam evincunt; quo alias saleorum alkalium volatile figente, hoc non, velut in fuligine, (g) separari, colligique potest.

§. XII. Quantumvis autem acida singula natura figuraque (a) generica conveniant,

(f) Quemadmodum ipse Boyl. *de prod. Princ. Chym. P. I. S. L p. 5.* concedit; hinc etiam ob acidum, non purum, sed fractum, sal commune lac non coagulat, licet eidem acidū non parum insit.

(g) Ut verisimilius Sennert. *de conf. Chym. C. XI p. 295.* contrariam opinionem defendens, scribat: *Chymia separat diversas rerum partes, non generat, (aut noviter producit,) & nisi a natura subjiciatur materia (secunda, apta & disposita) eam (aut hoc vel illud novum corpus) non producit.*

(a) Nimirum, monente Hippocr. *L. VI. Epid. S. III. 36. Vol. I. p. 805.* Colligendum & addiscendum est, an (& quatenus quædam) similia sint inter se, aut dissimilia inter se, quo

veniant, ex qua eadem certos etiam, sibi-  
que solis, nec alcalinis proprios, effectus  
operantur; v.g. ut cum alcalinis efferve-  
scant, hæc temperent & ipsa temperen-  
tur, volatilia salia figant, saxea corrodant,  
ab iisque obtundantur &c. Attamen non  
plura solum concreta, sale hoc acido in-  
structa, insuper ex alio principio (b) com-  
posita, textura gaudent, atque propter  
hanc composita etiam facultate medica  
pollent; sed ipsa quoque acida salia (c)  
per species subalternas & specialissimas  
rursus differunt, v.g. volatilitate, subtili-  
tate molisve parvitate; licet una figura  
generica convenient. Qua ratione ace-  
tum a spiritibus mineralibus, v.g. spiritu  
salis & nitri, differt, sicut hi duo rursus  
invicem; dum hic (d) argentum, non  
aurum, ille contra aurum, non argen-  
tum

---

*quo ex dissimilitudinibus similitudo fiat una.*  
*Sic sane fuerit via; sic etiam eorum, quare*  
*ete se habent, probatio, & non recte se haben-*  
*tium, redargutio.*

(b) Monente Boyleo de acido & alcali C. II.  
p. 61.

(c) Eodem docente ibid. C. III p. 63. & despe-  
cif p. 16.

(d) Confer Bohn. Diss. Chym. II. 7. p. 19. & VI.  
2. p. 91.

tum solvit ; sicutque oleum vitrioli, non vero aqua fortis, (e) frusta carnis solvit. Quæ in naturæ humanæ mechanismo Hippocrates (f) etiam animadvertisit. Acidæ igitur singula generice (g) refrigerant, dum eadem sanguinem coagulant, (h) hujus sal volatile figunt & fermentationem deprimunt ; attamen ipsa sanguinis coagulatio pro salium acidorum diversitate (i) rursus variat. Prætereaque spiritus nitri, notante Boyleo, (k) calculos huma-

(e) Testante Boyl. *de util. Phil. Exper. P. II.*  
*Eff. I. p. 20.*

(f) *L. II. de diata VII. 5. Vol. I. p. 214.* Quæ de acidis, non quidem simul nominatis, pariter accipienda esse, tamarindi ostendunt, simul purgantes secus ac cummuniter alia acidæ.

(g) Sicut Hippocr. *ibid. XXIII. 6. Vol. I. p. 224.* de vinis acidis & aceto *XXVII. 3. p. 227.* de oleribus acidis & *XXIX. 3. pag. 228.* de malis punicis acidis, docet. Cui & Galenus adstipulatur. Confer quoque Schuyl, *pro vet. med. p. 107. 109. 112.*

(h) Demonstrante Boyl. *ae specif. p. 18. & de Sangu. Hum. in append. Exp. III. IV. V. p. 74.*

(i) Secundum experimenta Drelincurtii, quæ recenset Bonet. *An. Pr. f. 961.*

(k) *de specif. p. 17.*

humanos solvit, quod præter hunc nullus  
alius hujusmodi spiritus præstat.

§. XIII. Licet autem acida humorum  
facultas in statu naturali sit ita temperata,  
(a) ut eadem non evidenter appareat; at-  
tamen in statu præternaturali satis eviden-  
ter illa detegitur, Baglivo (b) demon-  
strante. In quo eadem sub *bilis atra* (c)  
nomine fere in aliis locis ab Hippocrate,  
tanquam plurium, etiam gravissimorum,  
morborum caussa, maxime notatur. Fal-  
sissime autem speculatores morales ne-  
gant, *acida*, etiam *corrosiva*, in corpore  
*vivo* alterationes noxias inferre; cum ta-  
men

---

(a) Secundum Hippocr. enim *de vet. med.*  
*XXIV. 30. Vol. I. p. 27.* *Hæc salina mixta* &  
*inter se temperata, neque conspicua sunt,*  
*neque hominem ledunt.*

(b) *L. II. Prax. C. IX S. III. §. III. p. 220. §. IV.*  
*p. 222. §. VI. p. 224.*

(c) Cujus confusio cum bile amara epatis, a  
Galen introducta, pessimas in medicina  
confusiones peperit, cum tamen Hippocr. *de*  
*victu acut. XXLX 8. Vol. II. p. 293.* utramq; bi-  
lem manifeste invicem distinguat. Confer  
Senn. *de conf. Chym. C. XVI. p. 462. 493. de Scor-*  
*buto. p. 36. 39.* Schuyl. *pro vct. med. p. iii.* Qua-  
ratione male bili amaræ tribuitur, quod Hip-  
pocra-

men aliud quotidianæ praxeos (d) evi-  
dētissima veritas doceat, & Hippocra-  
tis experientia, in specie de aceto (e) teste-  
tur, Tulpique (f) de spiritibus acidis  
confitmet. Laudem vero potius B.  
Ettmüllerus mēretur, quod is acida se-  
cundum speciales locorum affectorum  
(g) differentias rursus distinxerit, v. g. in  
pleuriticum, hypochondriacum &c.

## K

## §. XIV.

pocrates atræ tribuit, ut hæc *sanguinem co-  
gulet* secundum *L. I. de morbis. XXII. 13. Vol.  
II. p. 27. XXVIII. 4. p. 33.*

(d) *Hipocr. de vet. med. XXV. 10. Vol. I. p. 28.*  
docente; quem confirmat observatio Ballon.  
*L. I. Conf. CVII.* recensente Boneto *Anat.  
Pract. f. 1432.* Et, eodem f. 962. referente,  
*Drelincurtius Monspelii vidit.* (& cuivis  
pariter in Batavia & Germania videre licet)  
*virgines bene multas ab esu acetariorum &  
limonum nimio* (præsertim temporibus men-  
struis) *in chloroses incidisse.*

(e) *De victu acut. XXVIII. 20. Vol. II. p. 292.  
& XXIX. 12. p. 293.*

(f) *Obs. L. III. C. XLIII p. 254.*

(g) Quem ipse Hippocrates *de flat. IV. Vol.  
I. p. 401.* defendit, quam si regerens: *Morbo-  
rum plurium unus & idem modus est, locus  
vero differentiam eorum facit.* *Quare mor-  
bi quidam nihil inter se simile habere viden-  
tur,*

§. XIV. Alterum salium summum genus alcalina constituunt; quod equidem a quibusdam ad lixiviosa duntaxat restringitur, ut eodem haec ab urinosis discernantur; sed utraque dicta salia ab acidis differunt & invicem convenient, quod ipsa cum acidis effervescent, horum spicula obtundant, cum iisdem in tertia salsa coeant, sulphura solvant, acidis soluta præcipitent, syrupi violarum colorem coeruleum in viridem mutent, cuprum sub coeruleo colore solvant. Quapropter utraque haec salia genus quoddam requirunt, sub quo coeant, rursusque in genera subalterna dispescantur; cui salis alcali-

tur, propter diversitatem scilicet locorum, cum sit tamen una morborum species & causa eadem. Qua ratione spiritus urinosi pleuriticum, martialia magis hypochondriacum acidum corrigunt; de quibus Boyl. de specif. p. 21. igitur vere scribit, illa acidum primarum viarum (in hypochondriis) corrigendo, sanguinem ipsum quoque corrigere, quem tamen non intrent; nihilominus, cum ea sudorem non moveant, sicut Spiritus urinosi, in pleuritide non convenient; siquidem antacida specifica dari, multis Idem ibid p. 16. demontrat.

calini (a) notio est commodissima, ita ut hoc rursus in volatile seu urinosum & fixum seu lixiviosum distingvatur. Salia igitur lixiviosa quod attinet, illa ratione tantum artis producta esse, nitrum Ægyptiacum (b)

K 2 ther-

(a) Quamobrem Boyleus etiam de sangu.  
Hum. P. IV. Tit. III. p. 37. Inter sales, alcalia vocatos, inquit: quidam in sat intensis gradibus sunt fixi, alii nequaquam. Quam ob caussam varii recentiores spagyrii, qui acidum & alcali volunt esse veræ mixtorum corporum principia, sal alcalinum alterum vocant fixum, alterum volatile. Quam doctrinam licet alibi oppugnarim, rationesque attulerim, ob quas ipsam & appellations rejiciam, sepiusque sales vocem, combustionē factos, alcalia simplicia aut lixiviatos sales, eosque, qui ascendunt, interdum urinosos, interdum volatiles sales & spiritus. Cum tamen fixorum ac volatilium alcalium appellations tantopere jam in usu sint, obsequar consuetudini, & sepius sensu, ab usurpatoribus recepto, eas & ego adbibebo. Confer. Wedel. Pharm. L. II S. IV. C. IV. p. 174.

(b) Probante Boyl. de prod. princ. chym. P. I. S. III. p. 11. 12.

thermæque (c) ostendunt. Hujus classis sal per calcinationem ex lapidibus calcariis, testis ochrearum & cochlearum (d) accipitur, magnæ virtutis in medicina, etiam usu interno. Simile fere sal silices quoque per calcinationem præbent, cui proxime sal Ludi Paracelsi (e) accedit, ipsum vesicæ calculum frangens & comminuens. Communissima vero sunt hæc salia ex plantarum incineratione, quibus

(c) Ex inventibus experimentis, quæ Poterissimi Regis nostri Prussiæ Consiliarius Aulicus & Archiater, Frider. Hoffmann. in *disput. de thermis Carolinis C. II. §. IV. p. 19.* a seipso tentata refert.

(d) Quarum calces pulverentia decantatissimum, pro calculo vesicæ frangendo, ingrediuntur. Aqua ipsius calcis vivæ, sicut usu externo, instar omnium salium lixiviosorum, in gangrenis plurimum valet; sic a Lossio, Sylvio, Willisio, Boyleo usus etiam in ternus ipsius in epilepsia, hæmoptœ & diabete laudatur; calcisque vivæ virtutem lithontripticam multa experimenta practica mihi svalent.

(e) De quo tradit Helmont. *de lish. c. III. 28. p. 672.* videtur autem is lapis specularis esse. Ipsos silices quosdam calcinatos, inque vino extinctos, huic, calide poto, virtutem calculos

bus tamen ut volatilia insunt, (f) hinc per ignem ab acido in fixa colliquantur. Quantumvis autem lixiviose salina facultate plura medicamenta magnis morbis, ex acida cruditate, obstructionibusque a coagulatione, scilicet febribus intermittentibus, hydropi ascitæ, strumis &c. medeantur, vix tamen hac facultate humoræ corporis humani (g) peccant.

§. XV. Alteram salium alcalinorum speciem volatilia sistunt, communiter urinosa dicta, propter fortē hujusmodi

K 3 odo-

culos vesicæ comminuendi, communicare, propria mihi experientia confirmavit.

(f) Maxime dubito, quo tamen Boyl. *de prod. Prince. Chym. P. I. S. II. p. 6. S. III. p. 9 10. & 14.* inclinat, easdem lignorum particulas pro sola diversa ignis operatione, v. g. destillatione formam spiritus acidi, aperto igne salis volatilis in fuligine, salis vero fixi calcinacione induere. Siquidem ligna resinosa pini, abietum &c. longe majorem fuliginis copiam, minorem vero cinerum; quercina contra minorem fuliginis copiam, majorem vero cinerum fumique acidi, præbent. Fuliginem vero magis sale volatili, quam spiritu acido, constare, ipsius destillatio ad ocum demonstrat.

odorem, qui haud secus, ac spiritui urinæ, exque hoc constanti salis Armeniaci, spiritibus etiam cornu cervini, eboris, sanguinis humani & reliquis omnibus hujus classis communis est. Quo etiam salia hæc texturam suam sensibus mox aperiunt, & quo deposito, virtus ipsorum quoque perdita est, aut imminuta. (a) Habentur eadem quidem in propria forma

(g) Nam, nec sitim ab humorum sale lixivioso fieri, svadet, quod illa cum externa perfrigeratione, sanguinisque coagulatione ab humoribus acidis illata, vehementius urat, a sudoribus contra subinde remittat. Nec icterus similem bilem, ut caussam, agnoscit, cum sapo ipsaque salia lixiviosa optima sint ejusdem remedia, sicut in *disputatione mea Altdorffina, de ictero* probavi; mea, inquam, non B. Mauritii Hoffmanni, sub cuius nomine falso eandem citatam videre licuit.

(a) Siquidem hæc salia, Spiritibus acidis affusis, si figuntur, fœtorem urinosum quidem deponunt, sed virtute ipsorum, etiam medica, multum imminuta. De spiritu cornu cervini notatu dignum est, eundem, ab empyreumatica graveolentia probe liberatum, præter urinosum odorem quoque fragrantiam spermaticæ fertilitatis, instar æris mox a tonitru spirare.

ma, salis sicca, sed aque in forma qua-  
que spirituum liquida, quos, a phlegmate  
interno deliquata, præbent. Quæntum-  
vis autem hæc salia ex regno etiam mi-  
nerali & vegetabili acquirantur, commu-  
nissima tamen ex regno animali parantur;  
ut hujusmodi sale, quantus quantus quo-  
que homo constet, ipsiusque sanitas &  
morbi (b) fere pro volatilitate ipsius, ma-  
gis minusve deficiente, varient, confir-  
mantibus maxime sanguinis(c)& urinæ(d)

K. 4 phæ-

(b) Omnes siquidem vitales actiones, maxi-  
me vero sanguinis circulatio & fermentatio,  
salis hujus volatilisationem non quidem ple-  
nam intendunt; ut Bonteccei von Menschis  
*then Leben p. 407.* hæc opinio non irrationa-  
lis videatur, nec absone Helmont. tr. sext.  
*digest. 57. p. 176.* ipsum *spiritum vitae* (sed  
haud intellectualem & moralem) *de natura  
salis volatilis esse*, doceat.

(c) Hujus, v. g. vena secta missi, color ruti-  
lans cinabarinus salis volatilisationem pro-  
bam & sanitatem, niger fixationem & me-  
lancholicos morbos, pallidus deficientem &  
chlorosin significat.

(d) Urina sana citrini coloris, seu oleosa Hip-  
pocrati dicta, per nubeculam suam sal vola-  
tile satis digestum significat, minus contra  
chlo-

phænomenis. Etiamsi vero hujusmodi  
sal non in propria forma corporibus insit,  
attamen ejusdem principium salinum (e)  
inhæret, ab aliis quidem temperatum.

§. XVI. Salia hæc volatilia, tam in for-  
ma sicca, quam liquida, Spirituum, sicut  
ex variis concretis, cornu cervino, fuligi-  
ne, sangvine humano &c. elaborantur;  
ita eadem qualitatibus specialissimis inter-  
se differre, verisimile est; nihilominus  
tamen genericā virtute sua morbis me-  
deri constat, ut e.g. spiritus sangvinis  
humanī non majori antepileptica virtute,  
quam

---

chloroticorum pallida, præsertim quando  
in illa quoque nubecula non conspicienda est  
in graviore colica, cum metu apoplexiæ aut  
epilepsia. Nec urina coloris aurantii, lixi-  
viosa & subrubicunda spissior salis volatilis  
excessum denotat, sed potius ostendit, quod  
eadem, ob acidum prævalens, alienas mul-  
tas particulas imbibet, adhucque propter  
renum præcipitationem insufficientem conti-  
neat; hinc, ægris convalescentibus, urinæ  
tales primum turbantur, deindeque, sedi-  
mentis depositis extenuantur,

(e) Confer. Bohn. *Diff. Chym.* I. 16. p. 2. 20.  
p. II.

quam cornu cervini polleat. (a) Non opus est igitur, illum aut spiritum secundinorum humanarum, aliosque similes difficultate majori laborare, cum spiritus eboris, aut cornu cervini, minoris difficultatis & nauseæ, (b) paria præstent. Quoniam vero hæc salia, tanquam præstantissima remedia plurimorum difficilium morborum, maxi-

K 5

mi

(a) Mea praxis, qua ultra centum, non uncias, sed libras, hujusmodi spirituum, scilicet cornu cervini, sanguinis cervi, apri, cranii humani, ungulæ alcis, viperarum, eboris, fuliginis, lumbricorum, consumsi, nullam omnino virtutum sp̄ecificarum, tam antepilepticæ, quam diaphoreticæ, differentiam eosdem ostendisse, mihi visum fuit; nisi forte quod spiritus salis Armeniaci fere minores sudores, quam cornu cervini & eboris, moyerit; fortassis quod secundum experimenta Boyl. *de sangu. Hum. P. IV. Tit. VII. p. 43.* hi spiritus cum acidis effervescentiam calidam, ille vero frigidam, exhibuerit. Num vero & hæc præjudicio cuidam meo magis debeantur, aliis dijadicandum relinquo; homo enim sum, nec aliquid humani a me alienum esse, credo.

(b) Præsertim cum ægrorum plurimi vel ab ipsis nominibus medicamentorum, ex humanis partibus paratorum, plures etiam viperinorum, abhorreant.

mi sunt facienda, ipsorum vero usui odoris & saporis in primis empyreumatica, ingratitudo maxime obstat; ab hac salia laudata facile optimeque, cum spiritu vini per cineres rectificando, liberantur, adhuc magis vero ex hujusmodi vinosis spiritibus, cum oleis destillatis (c) salia volatilia, aut cum essentiis duplicatis (d) elixiria, componendo, si non paria, proxima tamen salium volatilium elixiriis Helmontianis; (e) que magnorum pharmacorum

(c) Quae faciliori labore, melioraque parantur, quam secundum processus Boyl. *desangu.* *Hum. P. IV. Tit. X. p. 49. Tit. XII. p. 52 & XIV. p. 56.* Scilicet ut salia haec, juncto spiritu vini, in offam quasi Helmontianam coagulentur, ut ipsa deinde oleis parum imprægnari possint, aut etiam olea, spiritu vini soluta, urinoso spiritui per multam agitationem debeat confundi.

(d) Qua methodo sine tanta difficultate, quantam Boyl. *de sangu.* *Hum. P. IV. Tit. XV. p. 62. 63. & Tit. IX. p. 48.* item *de util. Phil. experim. P. II. append. p. 329.* ostendit, præstantissimum habetur elixir succini volatile, simul exaltatum ob succini virtutes, a multis practicis summe laudatas

(e) Secundum Helmont. *tr. de pot. med. 65. p. 387. & de febr. C. XV. 7. p. 778.*

corum potestates adequant, vi quippe incisionis, resolutionis & abstersionis, ad limen usque quartæ digestionis delata, tenacitatem coagulatorum in vasis totaliter tollunt, hinc in vertigine, veteri cordis palpitatione atque apoplexia plurimum profund.

§. XVII. Salium horum alcalinorum plurimas atque singulares virtutes, præter alias celeberrimos medicos, (a) Boyleus (b) confirmat; ut scilicet eadem in  
mor-

(a) Riverii, Sylvii, Wedelii, Bohnii, Ettmülleri, Ludovici, Harderii, imo Baglivi & Uratislaviensium etiam præter opinionem. Quorum testimonia maximi valoris & ponderis esse debent; cum alias testimoniū affirmantium unus plus omnino valeat, quam mille negantium. Quod iuriſ brocardicum eo magis in medicina locum habet, quod in hac negantes ex solo præjudicio salium horum usum praxi propria tentare adhuc formidarint; quæ enim ipsos contraria docuisset.

(b) *De util. phil. exp. P. II. Eff. V. Chap. V. p. 141. 144. & append. p. 320. de sangu. Hum. P. IV. Tit. XVI p. 64. 65.* Ubi his notatu dignis verbis exorditur: *Volatilia quidem alcalia tanto cum successu ad usus medicos usurpata sunt*  
in An-

morbis, præsertim contagiosis, putrefactioni ac coagulationi sanguinis resistant, optima præbeant cardiaca & nervina, quæ nec debilitent, nec magnas evacuationes cieant, nec stomacho gravia sint. Quæ hinc in passionibus hystericis, animi deliquiis, epilepsiis, apoplexiis, paralisibus, cephalalgiis, tussibus, scorbutica intemperie, febre hectica, pleuritide, deliriis, etiam febribus, febribus acutis & ipsa gangræna plurimum valeant. Quantæ virtutes non solum per observationes anatomicas & practicas, sed etiam per mechanismum chymicum facile ad oculum demonstrantur;

in Anglia (imprimis Londini, quod certe haud oppidum est & honoratioribus ægrotis abundat) ab anno. 1656. Circa quod tempus eorum introductionem, usumque, non parum conciliata eisdem fama; & virtutibus declaratis, promovi, ut nullatenus dubitem, quin deinceps pluris ab omnibus aestimanda sint, sepiusque, quam hactenus, adhibenda, futurumque demum, ut eadem vulgaribus remediis non pauci medici præponant; quæ etiamnum, quod meliora desint, in usu sunt; licet talia & patientem gravent, debilitentque & variis destituantur præstantibus virtutibus, quibus alcalia volatilia minime carent.

tur; ita tamen ut ipsorum sola generica qualitas alcalina non omnibus explicandis satisfaciat, sed conjuncta etiam volatilitas & subtilitas plurimum conferat. Verum ut horum salium energia, non quidem adstringens, (c) sed potius resolvens appareat, dosibus repetitis, nec minimis, eadem exhibeantur.

§. XVII. Ex his primis simplicibusque salinis facultatibus earum *cognationes*, ab Hippocrate (a) notatae, componuntur. Hinc enim primum emergunt muriatico-seu acido-salsa, quibusdam salsa tertia, aut neutra, dicta. In quibus autem non sufficienter saturatis, aut sal acidum prævalet, aut sal alcalinum. Et hoc quidem vel naturæ fixioris est, e.g. in lapide prunellæ, terra foliata tartari & nitri, saccharo Saturni; vel volatilioris naturæ, v.g. in salibus urinosis, spiritu quodam

(c) Sicut quidem speculatorœ tradunt, contrarium tamen testante quotidiana praxi atque observationibus Jacobæi *Att. Haffn. An. 1671. 1672. XII. p. 208.* & Hoffm. Senior. *Clav. Schroeder L. V.S. I. §. XXIII. p. 667.* Quibus plures similes propriæ praxeos addendi, mihi copia daretur.

(a) *de vet. med. XLII. 3. Vol. I. p. 40.*

dam acido non admodum fixatis, (b) spermate ranarum, (c) sanguinibus atque stercoribus exsiccatis. Aut e contrario in aliis sal acidum magis dominatur praे alcali; sicut sal commune, maxime marinum (d) ob oculos ponit; item nitruri no-

(b) Quo pertinet sal a muria suilla recocitus; quem Helmont de lirb. C. III. 32. p. 674. laudat, quod satiendo, sive operando in carnem suillam, amiserit halitusiorem spiritum per coagulationem. Adeoque idem, in cadum cerevisiae acescentis injectus, eandem preservet, quod non item aliis praestet. Quapropter ille in morbis supervacaneos spiritus accidentes, omnis corruptionis autores, in se combabit atque transmutat. Exinde, salis hujus aut muriæ usum internum in peste proficuum, testatur Hild. C. II. Obs. XXXIV. f. 109.

(c) Hoc propter alcalinam suam virtutem, usu externo in erysipelate admodum praestet, praesertim si linteum, eodem aliquoties inadfectum rursusque exiccatum, imponitur.

(d) Notum est, salia pro diversitate fontium, quorum alii magis spiritu acido, alii magis corpore, ditiores sunt, alia minoribus, alia majoribus, crystallis concrescere, maximis vero sal marinum; hujusmodi vete carnes optime praे illis condire. Cum

nostras crudum (e) longe hinc diversæ naturæ ab illo veterum. (f) Supervenit autem

itaque secundum Glauber. *de nat. salium p. 489.* Salia quævis, denuo spiritu salis acido imprægnata, similes majores crystallos, majoremque condiendi virtutem, acquirant, facile hinc colligitur, in quovis sale communī crystallos majores, & facultatem carnes condiendi, a spiritu acido copiosiore provenire; qui ante destillationem igitur eidem jam inest, nec per ignis operationem demum producitur, sicut quidem Boyle. *de prod. Princ. Chym. S. III. p. 25.* arbitratur.

(e) Quod in hæmorrhagiis quidem, nimirumque sangvinis fermentationibus febrilibus exinde non improbandum est, sed in febribus acutis, febrili motu jam depresso, cum animi deliquiis, perfrigerationibusque, velut in leipyriis, etiam cum siti atque ardore interno, intempestivum & nocuum est; ut-pote sangvinis ab acido coagulatione jam majore peccante, secundum observationes evidentissimas anatomicas in Boneti *Anat. Pract. f. 684.* legendas. Nitri vero crudi vim refrigerandi evidentem, in his casibus summe noxiā, evincit manifestis experimentis Boyle. *de mechan. caloris & frigoris origine Exp. VI. p. 5.*

(f) Fuit enim illud Ægyptiacum, denominante Hippocr. *L. II. Epid. S. VI. 17. Vol. I. p. 709.* de int. affect.

tem tertiiis hujusmodi salibus insuper enixa etiam, & subinde major, facultas. (g) Qualia composita salia acido-salsa mechanismus naturæ humanæ in vivo æque corpore, fereque magis, quam meraca, eviderter ostendit; v. g. in menstruo stomachali, sero sangvinis flavo scorbuticorum, catarrho salso coryzæ; ad quam classem quoque plura lithontriptica aliaque medicamenta (h) spectant.

§. XIX. Ex quo salium fundamento, adscitis principiis sulphureo & terrestri, singulorum medicamentorum facultates medicas dimetiri licet; sicut e. g. de vegeta-

---

*Affect. LI. 38. Vol. II p. 260.* quod vero testante Boyl. *de produc. Princ. Chym. P. I. S. III. p. II.* lixiviosæ est naturæ.

(g) Ostendente Boyl. *de orig. form. Exp. IV. p. 232.* *sale anomato, de Sangu. Hum. P. IV. Tit. XVI. p. 68.* Sale ex spiritu sangvinis humani & acido spiritu salis, enixo; & de util. *Phil. exper. P. II. append. p. 356.* Spiritu ex sale Armeniaco integro item Basil. Valent. *Nov. Test. P. III. p. 200.* & *Clave. V. p. 32.* *Spiritu Mercurii,* vix a liquore Alcahest Paracelsi differente; ex quibus singulis singularia vereque arcana menstrua habentur.

(h) Quibus accensendi videntur Spiritus accidi

getabilibus & plantis (a) jam ostendetur. Primo igitur de dulcibus animadvertisit, eorundem genus haud univocum, sed duntaxat analogum, esse. Quamvis enim dulcedines in hoc generice convenient, quod ipsarum particulæ, non rigidæ & acutæ, sed rotundæ ac obtusæ, sint ; at tamen diversa dulcedinis species (b) in saccharo, melle & musto, rursusque diversæ in lacte, aut glycyrrhiza, polypodium & saccharo Saturni deprehenduntur. Ob brevitatis autem studium hoc loco tantum priorem & primariam illam dul-

L cedi-

---

di alcalisati volatiles, maxime in curandis morbis chronicis virtutis, testante Helmont.  
de litb. c. VII. 28 p. 702. c. VIII. 21. p. 708.

(a) Siquidem verissima & notatu dignissima Sennerti Phys. l. VI. c. IV. p. 450. sententia præstat, pauciores plantas cognitas habere, quam multarum nomina recensere posse, potestates vero ac qualitates penitus ignorare.

(b) Cujus diversitatis ratione, quæ vere ab ipsa diversitate texturæ dependet, dulcia proprietatis etiam & operationibus naturalibus differunt, ut eorundem singulæ species non sub uno genere proximo proponi possint ; nam ex glycyrrhiza nec spiritus ardens, nec acetum haberí potest : conf. Boyl. de orig. form. pag. 232.

cedinem (c) assumere licebit. Cujusmodi dulcia sal acidum (d) alcalique copiosis sulphureis terrestribusque particulis involuta gerunt; ita ut ante fermentationē acidum magis supprimatur & alcalinum emineat; hinc saccharum lac ab acescentia conservat, & solutionem corallorum, cum acidis succis factam, (e) præcipitat. Contra per illam acidum magis evolvitur, explicatur & extra vertitur, (f) subsequentے qui-

(c) Fermentationi maxime aptum, qua cum saccharo & melle fructus omnes horæi plurimum convenient.

(d) Hoc enim jam ante fermentationem in ipsis latere, non solum experimenta Boyl. *de prod. Princ. Chym. P. II. S. I. p. 22. & S. IV. p. 28.* demonstrant; sed acor etiam fructuum horæorum immaturorum ostendit; quamobrem, cum is maxime a solis fervore cum dulcedine commutet, non improbabile est, sulphureas solis particulas iis combinari, & quasi ipsas incorporari. Exinde poma, quo magis faciem suam radiis solaribus exponunt, eo gratiori rubedine, fragrantia gustuque dulciori blandiuntur; idem de uvis, maxime moscatellinis, observatur.

(e) Confer Zwelf. *Pharm. Aug. f. 19.* Bohn. *diff. Chym. XV. 23. p. 241.*

(f) Sicut mustum fermentans, vinum maximeque acetum demonstrant.

quidem adhuc varia salium cum sulphure combinatione, & variarum texturarum commutatione in vino & spiritibus ardentibus, item revolutione ac depressione in aceto. (g)

S. XX. Qua ratione dulcia, dictæ prioris speciei, secundum chymicum naturæ humanæ mechanismum ante fermentationem, hanc in stomacho nondum experientia, in vulneribus, ophthalmiis tufisque, & per clysteres in dysenteria & tenesmo prosunt; sed ipsa, fermentationem in ventriculo concipientia nocent (a) torminibus colicis atque hysterics, cholera, diarrhoeis & dysenteria, Hippocrate, medicis experientissimis, & quotidiana

L 2

praxi,

(g) In quo, docente Bohn. diff. Chym. IX. 27. p. 148. particularum sulphurearum haud secessus fit, sed illæ figuntur, ut nihilominus iterum volatilisari queant; hinc ex aceto, in saccharo Saturni aut vitriolo Veneris mortificato, spiritus vini resuscitatur.

(a) Siquidem Hippocr. de viet. acut. XXV. 3. Vol. II. p. 288. de vinis dulcibus quoque monet, quod viscera magna faciant; magisque adhuc XXVI. 1. 13. pag. 289. 290. de aqua mulsa notat, quod minus commoda sit iis, qui viscera magna habent, (id est inflationi tor-

praxi, corroborantibus, utut speculatores reclament, his ipsis se medicæ praxeos solidæque experientiæ inanissimos prodentes. Etenim dulcia tum nocent, non ob ipsorum proprium duntaxat acorem, qui omnino *quantitate paucus* est, tantisque malis impar, sed quod eadem integrum ciborum omnium stomachalem fermentationem, ipsius fermenti vice, nimium evehant, & præcipitiorem hujus motum reddant; quippe ob quam universus chymus majorem aciditatem (b) assumit, sangvini & toti corpori hostilem. Quod vero Hippocrate docente (c)

si

torminibusque ventris obnoxii vivunt,) & quod concitet anxiam molestiam atque membrorum jactationem faciat, verum & intestina & sedem exulceret. Confer L. II. de diaeta XXIII. Vol. I p. 224. de int. affect. XLV. 6.7. Vol. II. p. 251. Cui suffragantur Wedel. Amœn. med. l. I. S. III. c. X. p. 290. Diemerbr. de pestie l. II. c. VI. p. 138. & Annot. XI. p. 142. Uratslav. bish. morb. p. 78. 83. 84.

(b) Cum tum, docente Hipp. de vet. med. XLII. 5. Vol. I. p. 40. dulcis humor in aliam speciem mutetur, non a contemperamento, sed ipse, desciscens & immutatus ab eo, qualis primum fuerat, in acidum.

(c) Ibid. 7. Qualis v. g. dulcedo est in lacte aut spiritibus acidis, spiritu vini dulcificatis.

*Si acidus humor, reliquos præcellens, maxime incommodus fuerit, utique dulcis omnium commodissimus fuerit, de alia dulcedinis specie & temperatura potius accipendum est.*

§. XXI. Vulneraria communiter dicta, (a) gradu diverso rursus a plantis, quas Februre *nitrosas* (b) vocat, sunt discernenda. In quibus, præter copiosiores terrestres, pauciores vero sulphureas particulas, sal alcalinum non adeo quidem abundat, & ab acido admodum fixatum atque temperatum est; ita tamen, ut præ hoc adhuc illud dominetur. Propter quam texturam hujus classis plantæ (c) cerevisiæ

L 3

ace-

(a) V. g. *tussilago*, *plantago*, *scabiosa*, *fumaria*, *hedera terrestris*, *millefolium*, *virga aurea*, *urtica* &c.

(b) *Chymie p. 283.* Quales sunt *brassica*, *beta*, *mercurialis*, *parietaria*, in quibus fere salis utriusque æquilibrium habetur; hinc tales magis alvum laxant & emolliunt, sicut Hippocr. *L. II. de diæta XXVI. 17. Vol. I. pag. 226.* *de int. affect. XIII. 36. Vol. II. p. 212.* *de brassica & beta docet, & de affect. XLIX. 10. Vol. II. p. 193.* quod *brassica* quandam acrimoniam habeat ad secessum.

(c) Quam virtutem de *urtica S. Pauli Quadrip. Botan. p. 519.* testatur.

acescentiam inhibent, solutionem vitrioli præcipitant, haud secus ac decoctum gal- larum, (d) odore destituuntur, blando, mi- ti & fere subdulci sapore gaudent, fermenta- tioni (e) minus aptæ, virtutes suas non aquis destillatis, sed succis, decoctis, (f) essentiis & extractis communicant; salia vero, per plantarum harum incineratio- nem & elixivationem parata, non amplius ita blanda sunt, sed vere alcalina, haud secus ac aliarum quarumvis plantarum salia lixiviosa.

§. XXII. Secundum naturæ humanæ igitur mechanismum vulneraria blandissime acorem hostilem (a) croris & lym- phæ temperant corriguntque, unde ipsa,  
præ-

(d) Cujus me proprium experimentum cum decocto plantaginis certiorem fecit.

(e) Quanquam Cl. Schlevogdius in *disputatio- ne de Urtica conscripta*, testetur, urticam fermentationem non omnino detrectasse.

(f) Plantis vero his commodissimæ decocto- rum formulæ sunt, ut earum, crasso modo concisarum, species præscribantur, & illarum s. q. aquæ calidæ infundatur, & sic quasi decoctum adhuc calidum semper potetur, simili modo ac potus herbæ thee hodie fre- quentatur.

(a) Præmonstrante Helmont. tr. blas Hum. 53.

præsertim ex hujus prævalentia enatam, muriatico-salsam acredinem mitigant, intus, phthisi, scabie, scorbuto, item vulneribus, ulceribus, hæmorrhagiis, (b) maxime hæmoptœ ac hæmorrhoidū fluxu nimio, (c) secundum practicorum observationes efficacia laudantur. Gaudent autem vulneraria his virtutibus non tam ob facultatem adstringendi aut refrigerandi, (d) velut quidem vulgo creditur. Ob eorundem vero sal debilius admodumque obtusum, in hecticis hypochondriacis (e) seu atrophiis, ex laxitate ventriculi & vasorum mesenterii obstructionibus enatis, magis nocere videntur.

**§. XXIII. Amaræ plantæ, præter pau-**  
L 4 cion-

p. 153. a sede animæ 20. p. 238. Wedel. aman.  
med. l. II. S. II. c. IX. p. 375.

(b) Velut urtica maxime ob oculos ponit, quæ in hæmoptœ, hæmorrhagia narium, mensum fluxu nimio laudatur a River. *Prax. l. VII. c. VI. f. 310. l. IV. c. VII. f. 278.* & *obseru. Communic. a Jacoz Obs. VII. f. 673. Borell. c. I. Obs. XCV. p. 99.*

(c) Testante impræmis millefolio.

(d) Sicut optime reprobat Ballon. *l. I. Epid. & Ephem. p. 106.*

(e) Optime monentibus Cl. Uratslav. *hist. morb. p. 218.*

ciores terrestres, copiosiores vero sulphureas, particulas, sale alcalino abundant, quod etiam, ab acido quidem (a) multum adhuc fixatum, admodum prævalet, (b) ita ut amara proxime ad naturam salium accedant lixiviosorum, (c) cuiusmodi etiam per incinerationem copiose præbent. Quamobrem hujusmodi plantæ odoris parcioris, sed saporis acuti, sunt, medicasque suas facultates decoctis, infusis, essentiis & extractis (d) promte communicant, non autem destillatis aquis aut

(a) Hoc enim eorundem sal esse entia, instar tartari, nitro tartareum, evincit ; item quod eorundem amaror magis, quam ipsa virtus, a lixiviosis, v. g. alcahest Glauberi, admodum temperetur & imminuat, quanquam acida quoque amarorem debilitent.

(b) Quamobrem flores lupuli & amara singula cerevisias ab acescentia præcociori optime præservant.

(c) Notatu enim dignissimum est, secundum propria experimenta testari Excell. Wedel. *Pharmac. l. II. S. IV. 4. p. 176.* quod ex absinthio communi amaricante hujusmodi salis magna, ex dulci vero admodum parca, quantitas eadem incineratione accipiatur.

(d) Siquidem pilulæ Becherianæ decantatissimæ, si non omnem, maximam tamen, virtutem

aut spiritibus, nisi per fermentationem aut putrefactionem. (e) Quanquam & olea ipsorum essentialia habeantur, velut ex aromaticis, tam amarore, quam efficacia, multum pollutia.

§. XXIV. Secundum naturæ igitur humanæ mechanismum amara cruditates acidas, ventriculi præsertim, sed & sanguinis, corrigunt ; hujus sal volatile sulphurque augent exaltantque, fermentationem hinc restituunt, pituitam incidunt, coagula resolvunt, atque obstrunctiones omnes, maxime in primis viis, mesenterio & hepate, reserant, dumque bilis amaritatem acuunt, alvum quoque blande laxant, licet alias in diarrhœis & dysenteriis potius prosint. Qua ratione amarorum efficaciam laudabilem experientia comprobavit in apepsia, (a) febribus in-

L 5

ter-

tutem ab extractis amaris habent ; ex quibus facile parium virtutum pilulæ componi possunt, & jam dudum ante Becherum composite fuerunt.

(e) Ex absinthio per fermentationem spiritum parandi modum describit Zwelf. *Pb. Aug. f. 424.* de putrefactione confer Bohn. *Diss. Chym. IX. 18. p. 143. & X. 9. 16. p. 156. 161.*

(a) Quemadmodum præ aliis china Chinæ, quaſi

termittentibus, atrophiis seu hecticis hypocondriacis, hydrope ascite, ictero, mensium fluxu imminuto, viscerum inflammationibus, febribus acutis, maxime vero longis, seu hecticis secundariis, sudores etiam (b) promovendo; item pro præservatione, (c) erysipelatis & arthritidis. Externe autem illa vulnera glutinant, ulcera sordida repurgant, imo gangrenas in forma cataplasmatum inhibent.

## §. XXV.

quasi gentiana Indica, probat, quæ non facultate adstrictoria, sed amaritie, ventriculi cruditates acidæ corrigente, instar ligni colubrini, centaurii minoris &c. febres has innocue curat. Quod vero ab incauto illius usu febres hecticæ nonnunquam succedant, ratio est, quod copiosus ejusdem pulvis terrestris ventriculi fundum petat, opbleat gravetque; quapropter ejusdem elixir, lixivioso sale tartari exacutum, multis in casibus præferatur.

(b) Carduo benedicto & myrrha in primis ostendentibus.

(c) Cujus ergo maxime in usu sunt absinthium, chamædrys, chamæpitys. confer Sole-nandri *S. V. Conf. I. II. XII. & XIII. Crat. Consil. XV. I. I.* Qua etiam ratione amara, v. g. radices cichorei per accidens refrigerant, & ventriculo frigido cum hepate calido,

§. XXV. Antiscorbutica (a) e contrario, juxta terrestres paucasque sulphureas (b) particulas, copioso sale volatili alcalino abundant, in multis parcus, in pluribus vix, ab acido fixato, ita ut hujus classis plantæ fere salia volatilia (c) æmulentur. Hinc earum multæ odore tenui, plures fortiori, pollent, singulæ vero sapore acuto linguam feriunt, exiccatione  
vires

---

do, secundum veterum theoreticam simplicitatem, conducunt, haud secus ac *piper*; etiam si hoc etiam non *saccharo rosato*, secundum C. Hoffmanni speculationes, includatur. Confer Exc. Wedel. *Amæn. med. l. I. S. I. c. VII. p. 33.*

(a) Hujus classis sunt radices ari, armoraciæ, raphani, cochlearia, nasturtium, sedum minus, lepidium, thlaspi, beccabunga, erysimum, bursa pastoris. Huc etiam pertinent radices allii, ceparum, porrum, quanquam hæc crudo & viscoso, maximeque flatulento, succo simul abundant; item semen finapis, piper & zinziber, quæ quidem aromatricam naturam simul participant.

(b) Probante Wedel. *Pharm. l. II. S. III. c. IX. 6. p. 156.*

(c) Sic Boyl. *de sangu. Hum. append. Exper. IX. p. 75.* testatur, recentem foliorum cochleariac succum super nigrum massæ sanguinis humani

vires suas admodum perdunt, nec decoctiones ferunt, ut in ipsarum extractis (d) nihil prorsus efficaciam medicam supersit; virtutes vere suas cum & sine fermentatione destillatis aquis & spiritibus, item infusis, aut essentiis, curiosius elaboratis, communicant.

§. XXVI. Naturam igitur humanam mechanismus corroborat, antiscorbutica puitam acrimoniam sua diffundere, (a) cruditates

*ni superficiem stillatum, quandam coloris mutationem induxisse, ut ea (velut a salibus urinosis) subrubra floridaque apparuisset. Præterea notum est, raphanorum acrimoniam, a communi sale asperso, imminui, & eandem apotu vini subacidi, citius, quam cerevisiae, in lingua remittere.*

(d) Vix igitur capiendum est, qua pensationis acribia Becherus extractum cochleariae, omni sapore viribusque orbatum, in arcana suas pilulas recipiat, quæ tamen intellectu plus quam rationali, præ ipsa natura, noxios duntaxat humores purgare norunt, adhuc sanis prorsus intactis. Egregium certe remedium, palliativum pro medicorum desidia sublevanda, aut tegenda, ne morborum diagnostin, nimis laboriosam, addiscere cogantur.

(a) Velut Hippocr. l. II. de dieta XXV. Vol. I.

ditates acidæ ventriculi, lymphæ, sanguinisque corrigere, sudores & transpirationem insensibilem promovere. Exinde hujus classis plantæ conducunt in cachexia seu scorbuto, strumis, melancholia hypochondriaca, etiam ex philtoris, atrophiis seu hecticis hypochondriacis, (b) hydrope ascite, chlorosi, mensium suppressione, calculo, præsertim renum. (c) Præterea eadem in phthisi & asthmate, una difficultem expectorationem promovendo, laudantur, & in pleuritide ac peripneumonia (d) prosunt. Denique in affectibus capitis, vertigine, apoplexia & paralysi con-

p. 225. exemplo radicum raphani rusticani docet, item nasturtii, quod *pituitam albam* sificant.

(b) Secundum Wedel. *Amæn. med. L. I. S. II. c. III. p. 72. & 76.*

(c) Notum est, ab hoc immunes se multos plebejos quotidiano allii esu conservare.

(d) Qua ratione Hippocr. *de victu acut. L. III. 13. Vol. II. pag. 312.* ipsum *piper in pleuritide* commendat; & Archigenis confectionem, *in bæmoptœ utilem*, piper longum & nigrum ingrediuntur; quanquam hæc cautam imitatem requirunt.

conducunt, qua corruptos artus (e) usu etiam externo restituunt.

§. XXVII. Aromata denique, & in gradu remissiori aromatica, copiosum sal volatile alcalinum (a) copiosis particulis sulphureis combinant, quibus acidum paucum involutum, (b) illud haud figit; licet eorundem quasi corpus (c) particulas quoque terrestres, plus minusve acidō satu-

---

(e) Praxis propria iterato me docuit, ad artus paralyticos restaurandos, multum contulisse horum ablutionem, jure carnium bubularum, cum radicibus raphani rusticani decoctarum, iteratam. Haud secus mustarda seu sapa sem. sinapi, linguæ paralyticæ illita, magni usus est. Quam enim externa etiam tum utilia sint, docet Crato *Consil. L. p.*

204.

(a) Evidem Helmontio *tr. 3. prima chymica 77. p. 333.* docente, *aromatū tota crasis olei* (seu sulphuris) *substanciæ inhæret*; sed ipsorum olea essentialia sal alcalinum volatile includunt, hinc ita sapida. Omnis enim odor quidem est a sulphure, sed expanso, & a sale alcalino resoluto.

(b) Horum enim *olea in sinu aliquid acidi gestare*, probat Bohn. *Diff. Chym. XI. 25. p. 181.*

(c) Velut ob oculos ponit *cinnamomum, oleo abducto, adstrictione sua corticem quercus sapi-*

saturatas, non excludat. Quapropter talia non acuto tantum sapore, sed fragranti etiam odore, pollent, acidum sal (d) suppressimunt, fermentationem moderantur, (e) nimiamque deprimunt. Virtutes itaque suas medicas eadem ante quamvis fermentationem, cum sapore atque odore salvis, per destillationem aquis & Spiritibus ardentibus, sicut per infusionem essentiis & vinis, communicant, exsiccatione autem & decoctione prodigunt, nec extractis (f) relinquunt.

§. XXIX. Naturæ igitur humanæ mechanismo comprobante, aromata ciborum in stomacho fermentationem mode-

---

*sapiens*, ut cum Helmontio l.c. loquar, quapropter etiam aromata incensu ingrato fœtore suffumigia corrumpunt.

(d) Notum est, caryophyllos cerevisiam ab acescentia præservare; piperque, vini acetō injectum, ejus aciditatem potius minuere, mustumque fermentans ab acore integrum conservare, propria experimenta me certiorum fecerunt.

(e) Confer Bohn. *Diff. Chym. IX. 5. p. 137.*

(f) Nisi quæ naturam amarorum participant, v. g. cortices aurantiorum, radices carlinæ, calami aromatici, valerianæ, imperatoriæ, extracta hanc effæta præbent.

derantur, nimiamque reprimunt, ut hinc cruditates ipsius acidas corrigant & optima sint carminativa ; (a) exindeque ventris inflationibus ac torminibus, vomitibus, alvi fluxibus, ipsique dysenteriae (b) medeantur. Præterea lymphæ acorem temperant, sanguinis sulphureo-salinum balsamum exaltant, ejus calorem vitalem, motum intestinum atque progressivum integrum, ipsamque massam a coagulatione conservant, & transpiratione insensibili restituta, sudoribusque promotis,

(a) Siquidem secundum Hippocr. *L. II. de dieta XXV. 10. Vol. I. p. 225.* *Coriandrum calidum est, alvum fistit, ructum acidum sedat, somnumque conciliat;* ob adjunctam virtutem narcoticam, velut in multis aromatibus & aromaticis observare licet, cuiusmodi tamen in stomachi affectibus & torminibus ventris duplii virtute profunt. Idem de *mentha* licet animadvertere, quæ *ib. XXVI. 10. p. 226. calefacit & vomitus fistit.* Confer Helm. *tr. jus duumvir. 20. pag. 243.* Wedel. *Amœn. med. L. II. S. II. c. VII. p. 356.*

(b) Siquidem in sævissima constitutione dysenterica Naumburgensi Anni 1709. sal volatile oleofum Sylvii, ut probatissimum remedium, praxis quotidiana mihi commendavit.

tis, (c) depurant. Qua ratione illa in cachexia, mensium suppressionibus, lipothymiis, cordisque palpitatione conducent, neque tamen a febribus acutis d) prohibentur. Deinde illa, succo nervoso analoga & amica, cephalica & nervina sunt, ut juvent in epilepsia & affectibus spasmoidicis, apoplexia, paralysi & affectibus soporosis, modo quae non virtutem narcoticam participant.

§. XXIX. Evidenter cognationum harum sulphureo-salinarum non solum plures M super-

---

(c) Etenim Helmont. tr. tartarus non in potu g. p. 203. teste, Zanzibar mutum profert sudorem. Confer Wedel. Amoen. Med. I. s. i. I. c. II. p. 319. Diemerbr. de peste l. III. c. V. p. 196. 197. Et notissimum est, theriacam, aromaticis maxime constantem, & aliis sudoriferis fere destitutam, sudores movere.

(d) Quemadmodum camphora, etiam aromatica & oleosa, ostendit; de qua verissime Mindererus scribit, quod ipsa mirabile & efficax sit pestis alexiterium, & suo quidem judicio, tempistive data, plus virium obtineat, quam qualivet pretiosa bezoardica. Idem quoque confirmat theriaca & mithridatum, aromata plura & ipsorum piperum largas doses recipientia, gratis improbante Zwelfero.

supersunt, sed singulæ varios etiam gradus & decompositiones (a) admittunt, ut per eas facile ad sexcentorum Hippocraticorum numerum adscendendi copia daretur. Cum vero specialissimum quemque miscelæ gradum, singulis concretis naturalibus proprium, in hac rerum caligine satis explorandi, summa supersit difficultas, nec vastissimum hunc campum pervagari, nostrum brevitatis studium admittat, generalia hæc interim sufficient, quæ pro primis elementis usus practici, scilicet pro feligendis medicamentis, in quovis morbo (naturæ humanæ, non immateriali, (b) sed corporeæ) proficuis, & formulis commodis præscribendis, rectam viam commonistrare valent. Medicus autem

---

(a) E. g. Veronica decomposita est, ex natura vulnerariorum & amarorum, piper & Zinziber ex natura antiscorbuticorum & aromaticorum, nux moschata, præter naturam aromaticam, virtute quoque soporifera gaudet. Confer Helmont. *tr. dispens. modern.* 16. p. 369. Wedel. *Pharmac.* l. II. S. III. c. IX. p. 154. Amæn. *Med.* l. II. S. I. c. VIII. p. 285.

(b) Siquidem verissime Boyl. *de specif.* p. 7. notat, plurimum medicamentorum, v. g. olei tere-

autem rationalis, videlicet non *sine medicina*, & genuinus practicus non his solis inhæret, sed singulas rationes ad experientiæ amussum confert. Qua ratione is felicius atque meliori conscientia medicinam suam faciet, quam si ex falsis præjudiciis *a priori* cameræ obscuræ speculator potius ex longinquo cerebrinas methodos nectat, quibus tamen hic ut plurimum gravius, quam purus putus empiricus, (c) aberrat.

M 2 CA

---

terebinthinæ; allii, croci &c. qualitates fæpius in sanguine, lacte, urina, sensibiliter deprehendi.

(c) Ex qua enim ratione, secundum Uratislav. de *Exper. c. II. 13. p. 32.* videas theoriam (falsæ aut inutili solum) deditos medicos sèpissime longo intervallo relinqui post tergum ab Empiricis in medicina facienda; cuius exemplum proponit River. cap. III. Obs. XXV. f. 618.

## CAPUT V.

Medicina naturam humanam per mechanismum chymicum demonstrat (2) ex ejusdem operationibus ; fermentatione, putrefactione , præcipitatione coagulatione ac solutione.

## § I.

**A**D harum quoq; mechanismum Hippocrates (a) manuducit, in primis autem fermentationis, quæ concreti particularum heterogenearum motus intestinus est, a parva fermenti cujusdam quantitate ut plurimum inchoatus. Cujus igitur energia non absone ignis (b) activitati comparatur, quod illud nihil aliud agat, quam, instanti flammæ, motus resistentiam removendo, quamobrem pro fermentatione commovenda, concreti aptitudine

(a) *de vet med XX. 7. Vol. I. p. 24. L. II. de morb. V. 18. Vol. II. p. 39. de int. affect. XLV. 6. p. 251.*

(b) *Ab Helmontio qui de lith. c. IV. 12. p. 678. pro transmutatione rerum naturalium ignem & fermentum, tanquam caussas universales & proxime cognatas, quasi ejusdem generis conjungit.*

tudo (c) res est præcipua. Fluiditatis vero status cum sit ad motum aptissimus, comminutione concretum eidem & fermentationi prius est præparandum, & præter aqueum fluidum, salibus dissolvendis utile, (d) aëreum igneumque caloris symbola sua simul conferunt.

§. II. Communissimam fermentationem panificii mechanica offert, quæ vero tantum inchoata, (a) non perfecta & absoluta, est fermentatio. In hac pro pane fecalino duntaxat fermentum ipsius massæ

M 3 , panis,

(c) Alias enim cujuscunque fermenti additio fermentationem haud accedit, declarante Bohn. *Diff. Chym.* I. 23. 24. p. 12. IX. 13 14. pag. 141. Fermentationis igitur minus congruum exemplum est, quod Febure *Chym.* pag. 578. ex Paracelso affert, de aquæ in acetum transmutatione, modo aliquandiu asservatæ in dolio, quod aceto ante repletum fuit. Cum ipse alias hujus, quam veri aceti, proprietates confiteatur; ut aquam talem aquam veram manere, reliquiis salis acetosi, quod in dolii poris remansit, imprægnatam, certum sit.

(d) Confer Bohn. *Diff. Chym.* IX. 15. p. 142.

(a) Nondum enim spiritus ardens ex pane destillatur, alias idem cocturam non admittet. Confer Zwelf. *Pb. Aug.* f. 285. 287.

panis, diutius fermentatae, pro filigineo autem fæcum cerevisiae, usitatur. Ex qua fermentatiope panis oculatus fit, (b) & hinc salubrior, licet Hippocrates (c) & Celsus secus sentire videantur, sed fortassis tantum de nimia. Panis recentis autem, & adhuc calidi, comedio nocet, quod ejusdem particulæ salinæ, motu nondum deposito, adhuc ferventes, ventriculi fermentationem turbent & nimiam præcipitemque reddant.

§. III. Fermentationem magis perfectam, ex eodem frumento cerevisiam braxandi, mechanica ob oculos ponit, cuius primus gradus granorum germinatione (a) obtinetur. Ne vero eadem cum  
præ-

(b) Confer River. *Instit.* l. IV. c. XI. f. 125. Ettmull. *Valetud. Infant.* c. II. 16.

(c) *L. II de diæta X. 5. Vol. I. p. 216. l. III. de diæta XXIV. 13 Vol. I. p. 257.* Verum Hippocrates his locis loqui videtur *de hominibus fortis naturæ* (seu ventriculi,) nec *debilioribus*, ut cum eodem *de vet. med. XXII. 7. Vol. I. p. 25.* loquar; id est, quorum ventriculi adeo robusti sunt, ut vel glandes possint concurre.

(a) *Qua enim omissa, notat Willis de ferm. c. VII. p. 38. simplex hordei decoctum vix omni-*

præcipiti quadam quasi festinatione nimium assurgat, salque acidum evehat, illa brasii exiccatione (b) magisque tostione interrumpitur. Cum vero unicum de cerevisiis incommodum ex acescentia metatur, ab ea brasii farina ditiores, quam dilutiores, ob lentiorem fermentationem, diutius integræ conservantur. Cui fini etiam florū Iupuli amarities inservit, acorem reprimens; quæ igitur quo magis remittit, eo proximiorem acescentiam portendit. Hac etiam ratione fermentationis præcipitantiam retardantia, scilicet cellarum frigus, frustum chalybis & saxeā, præcipitantia communiter dicta, v. g. testæ ovorum, herbæ amaræ, aut alias subalcalinæ naturæ cerevisiarum acescentiam remorantur.

§. IV. Saluberrima igitur est cerevisia, quæ, fermentatione minus præcipiti at-

M 4

que

---

no fermentescere, nec diu servari, quin mucidum viscidumque brevi evadat.

(b) Cerevisiæ autem, quarum brasium saltem ab aëre fuit exiccatum, dulcedine quidem gratori palato blandiuntur, sed facilius & citius acefcunt, & in corpore stranguriam excitant, quam quarum brasium ipsa tostione luxuriantes particulas acidas projectit.

que lentiori, satis temporis fæcum (a) depositioni concedit, qualis in primis est pinguis & lupulata. Hujusmodi potus viscerum in primis magnorum, seu ventris inflationi & torminibus alisque fluxui obnoxiiis, hominibus conducit; quibus casibus idem in febribus quoque acutis (b) aliarum potui præferatur. Quanquam pro naturarum, seu capitum diversitate, cerevisiæ potius dilutiores, quippe minus inebriantes, bibantur; præstant autem lupulatae, (c) quæ, quod serius aescant, satis

---

(a) A fæcibus enim, tanquam fortioribus fermentis, omnis fere cerevisiarum insalubritas profluit, non solum recentium, sed etiam cum vetustate acescentium, utpote quæ illas resorbent.

(b) Velut prixin meam quatuor epidemicæ dysenteriarum constitutiones Naumburgenses confirmarunt; in quibus, etiam febre complicata, cerevisiæ Martisburgensis, Cizensis & Torgaviensis præ Naumburgensi profuerunt; licet earundem ultima fæculenta tum æque nocuerint.

(c) Falsissimum enim est, flores lupuli cerevi-  
siam in agis inebriantem reddere, demon-  
strante Naumburgensi, cuius plures mensu-  
rae, brevi haustæ, nunquam, eidem etiam  
haud assuetos, inebriant, sed cuius virtutis,

non

satis extenuatae & limpidae, (d) præ non lupulatis, haberi possunt. Cujusmodi cerevisia Naumburgensis est, quæ, modo non admodum macra tenuisque, sed satis saturata, legeque artis cocta, viris literatis & vitæ sedentariæ, hypochondriacis & arthriticis (e) commodissima est; cuius virtus, alvum apertam servandi, non tam ab aqua nitroso, (f) sed a florū lupuli amarore, provenire videtur.

## M 5

## §. V.

non vitii, ergo a rusticis eadem minimi haberi consuevit.

(d) Brutæ igitur moralitatis nexus est, cerevisias non defæcataς, actu fermentantes & acescentes culpare, nihilominus proxima linea, tanquam laudabilem & salutarem, cum qua nulla alia comparari possit, nominare illam, quæ tantum secundaria est, brevi, & antequam defæcatur, semper acescit, ut turbida aut acescens cum fæcibus suis semper non possit noh potari.

(e) Qui enim morbus juxta vini, subinde hornotini etiam, potum Naumburgi est rarissimus.

(f) Quæ carnes enim hac aqua coquuntur, non rubefiunt, sicut ab aquis nitrosis; licet autem ex illa liquore tartari calcis quasi albæ parva quantitas præcipitetur; attamen, cum acidum sal aquarum admodum volatile sit,

quod

§. V. Fermentationis alius consummatæ, fereque prorsus naturalis, utpote sine fermenti additione spontaneo motu exorientis, phænomena in mustis habentur. Quæ quo tenuiora sunt, (a) eo citiorem majoremque fermentationem in-eunt, vinaque magis acescentia exhibent, sed longius durantia; cum e contrario crassiora per primum autumnum eandem haud compleant, & hinc quidem dulciora vina (b) præbeant, sed hujusmodi propterea, ob novam, sequenti æstate resurgentem, facilius pendula fiunt, spissescunt, quasi in membranas seu polypos con-crescunt, ut ipsa, renovata fermentatio-ne, addito recenti musto, restitui debeant. Fermentationis hujus, ut omnis qui-

---

quod calcem illam solvit & imbibit; illud per solam coctionem, pro more longiorem, exhalat, ut calx illa, coctione præcipitata, cum fæcibus mox separetur.

(a) v. g. Vina Rhenana, Neccarina, Mosellana, Franconica, Misnica & Thuringica.

(b) v. g. Vina Gallica, Italica, Hispanica, quo etiam vina cocta enulata Naumburgensia per-tinent. Vina Hungarica vero & Canariensia mediae sunt naturæ, jāmque majoris fermentatiōnis. Quibus proxime accedunt vina quæ-

quidem, motum salium acidi & alcali  
 (c) concertatio concitat, simul tamen copiosis particulis sulphureis intercurrentibus & collisis. Quamobrem spiritus vini sulphureus quidem est, sed simul acidofalsus, in fæcibus remanet atque doliorum lateribus affigitur, juxta copiosas terrestres particulas tartarus, etiam acidofalsus; ex quo per calcinationem sal fixum lixiviosum colliquatur, quod antehac volatilitate gaudet. Quando autem in vino sal acidum, admodum luxurians, extreme fermentationem hanc provehit, illud in acetum degenerat; in quo sal acidum, penitus evolutum & extra versum, sal alcalinum cum sulphureis particulis penitus tenet subjugatum.

## §. VI.

quædam Naumburgensiæ nobiliora vinearum pensilium, per autumnos calidiores collecta; quamobrem prolata non ita simpliciter, sed secundum gradus, sunt accipienda.  
 (c) Multi enim fermentationem, jam initam, spiritus acidus vitrioli, sicut etiam spiritus alcalinus salis Armeniaci & liquor tartari lixiviosus, affusi compescunt; sicut experientia me certiorem fecerunt. Adeoque fermentatio convenientem utriusque salis mensuram atque proportionem, prætereaque in

§. VI. Ex quo mechanismo sicut mu-  
stum majori , sic vina dulcia minori , gra-  
du *visceribus magnis* , ut cum Hippocrate  
loquar , non conferunt , nisi quæ fermenta-  
tionem suam magis absolverunt ; unde  
Canariensia minus , quam Hispanica , vina,  
talibus nocent ; verum acida contra tus-  
siculosos & phthisicos magis lœduunt , quos  
tamen dulcia juvant , sputaque facilius  
educunt . Vina etiam hornotina &  
dulcia , ab eorundem crapulis hesternis ,  
capitis dolores , artuumque lassitudines  
majores , febresq; difficiliores relinquunt ,  
quod ipsa fermentationem sanguinis ni-  
mum exagitent , (a) majoremque po-  
stulent . Pro diæta vero salubriori (b)  
cere-

---

in liquore liberum satis excurrendi spatiū  
requirit , quo salia cum majore impetu mu-  
tuō sibi occurrere valeant .

(a) Talia quippe vina , utpote secundum Hip-  
pocr. l. II. de diæta XXII. 10. Vol. I. 223. pro-  
niora musto sanguini acidum luxurians , non-  
dum subactum & compositum , inferunt ,  
unde fermentatio ipsius magis accenditur ,  
neque ita facile , sicut a veteri , sudores se-  
quuntur ; quibus alias ejusdem massa brevi  
rursus a salibus sylvestribus depuratur .

(b) Quæ quidem regulæ pro hominum & vi-  
porum

cerevisiæ vinum moderate jungitur, quam alterutrius potus solus frequentatur; & neque in febribus acutis & malignis c) vini, plene fermentati, veterisque potus, maxime antea assuetis, tam rigide prohibeatur.

§. II. Simillimam fermentationem fructus quoque horæi, (a) præsertim majores, poma, pira, mala Petrica & Armeniaca, cerasaque admittunt; modo fructus

norum summe diversis naturis, quas Hippocr. l. III. de diæta l. 17. Vol. I p. 241 monet, moderationem patiuntur.

(c) Siquidem illud Hippocr. de viðu acut. XXV. 18. Vol. II. p. 289. XXIX. 14 p. 294. in morbis his seu febribus minus prohibet, nisi mentis perculsio, seu delirium, minetur, ut ipse idem in pluribus febricitantium casibus aquæ præferat. Confer Helmont. de febr. c. XII 7. p. 772. Diemerbr. de pest. l. II. c. VI. p. 138. Annot. XIV. p. 145. & l. III. c. II. Annot. VI. p. 186. Baribol. Cent. I Hist. VII. quibus & meæ praxeos, maxime Naumburgensis, experimenta jingo.

(a) Quanquam neque minores fructus fragorum, baccarum rubi Idæi, sambuci, ebuli hanc fermentationem detrectent. Confer Zwelf. Pharm. Aug. f. 423. Boyl. de util. phil. exper. P. II. Eſſ. IV. p. 88 89. & integrum tractatum vineti Britannici of Cider.

Etus hi, nec acidiores, (b) nec pinguiores, aut oleosi, (c) sint. Inprimis vero fermentationi commodi sunt fructus succulenti & recentes, ex quibus succi exprimuntur, ad motum hunc ineundum promptissimi. (d) Quanquam illi, neque siccati, omnem hanc aptitudinem suam perdunt, cum per exiccationem adhuc minus, ac per decoctionem, quippe ante consummatam fermentationem, aliquid sulphureo-salini, sed meracum phlegma, exhalet; ut hoc per affusionem aquæ quasi reddito, salinæ sulphureæque particulæ

re-

---

(b) v. g. Poma citria, aurantia, berberes, ut Bohn. *Diff. Chym.* IX. 5. p. 137. & 21. pag. 145. verissime doceat, *acida difficulter fermentescere ac, fermentescentibus affusa, horum orgasmum compescere.*

(c) v. g. Amygdalæ, nuces juglandes, avellanax; velut etiam tales fructus nec in passionibus colicis, nec alvi fluxibus, aut dysenteriis nocent, nisi earundem emulsiones, multo saccharo edulcoratae, adhibeantur.

(d) Quinimo fermentationem quoque ineunt succi ex vulneratis quarundam arborum truncis, v. g. betulæ, nucis, pomorum, profluentes, qui, per æstatem crassiores, tenue mel consistentia & dulcedine referunt. Confer Boyl. *I. c.* p. 91.

relictæ motum talem resumant; velut  
hac enchiresi ex uvis passis, præsertim  
Corinthiacis, quidam vinum Hispanicum  
& Malvaticum imitari, didicerunt. Qua-  
propter fructus hos ægroti (e) non solum  
per tormina & alvi fluxus, sed etiam sine  
illis, in febribus, maxime propter illorum  
metum, caveant, etiam si antea ipsos sanos  
(f) non læserint.

§. VIII. Pari ratione ex faccharo, melle  
ac manna (a) æqualis generositatis vina,  
spiritus ardentes & aceta, haud secus ac  
ex uvis, parari solent, modo iisdem, ve-  
luti fructibus exiccatis, sufficiens aquæ  
quan-

(e) Velut cautiiores eos faciat, exemplum *Ery-  
yanactis filie*, ab Hippocr. l. III. Epid. S. II.  
Aegr. VI. 14. Vol. I. p. 718. propositum. Quæ,  
alvo turbata ex biliosis, paucis, meris, tenui-  
bus, mordacibus, mente mota, mortua est.  
Dicebant autem ex gustato botro ipsam bæc  
pati. Confer Uratislav. hist. morb. p. 81. & 91.  
Ut igitur poma cocta cum passulis Corin-  
thiacis, præsertim torminibus obnoxios, fa-  
cillime lædere possint.

(f) Etenim, monente Hippocr. de affect. LII.  
21. Vol. II. pag. 195. Quacunque sanis quidem  
commoda sunt, ea ramen ægrotis adhibita,  
fortiora sunt.

(a) Monente Bohnio Diff. Chym. IX. 26. p. 147.

quantitas ipsa coctione addatur. Quomodo enim fluorem convenientem eadem acquirunt, & parem, pro motu fermentationis sustinendo, quo salia solvuntur, eliciuntur, juxtaque particulas sulphureas concurrunt. Siquidem verisimile videtur, (b) multa vina, quæ pro Canariensis venduntur, ex sacchari reliquiis ab ejusdem refinatoribus elaborari. Cumque mel (c) dulcedini quendam ingratum specificum saporem simul admisceat, idem, additis aromatibus, graviorisque faporis herbis & radicibus, in fermentatione, obtunditur; cui quoque, ut fermentatio plene consummetur, satis temporis concedendum est.

§. IX. Quanobrem mellis, ab Hippocrate (a) & Riverio (b) maxime laudata, salubri-

(b) Confer eundem *ibid.* 18. p. 144. Boyl de util. phil. exper. P. II. Eff. IV pag. 90. Ang. Salam de hydrofaccharo

(c) Docente Glaubero *Furn. phil. c. XIII.* p. 166. Febur. Chymie p. 196. Boyl. l.c.

(a) de affect. I. II 17. Vol. II. p. 195. verba ita se habent: *Vi, um & mel optima judicata sunt in hominibus, si secundum naturam (cujusvis hominis) & sanis & debilius cum tempori, opportunitate ac mediocritate exhibeantur.*

(b) L. fitut. t. IV. c. XXIII. f. 137.

fermentationem & depurationem brevi simul peragi, non item in febribus sanguinis. In his autem ejusdem fermentationem urina (c) conturbatione sua, quasi musti fermentantis, ob oculos ponit, ex qua illa pluribus quidem diebus, quinimo hebdomadibus, sedimenta sua deponit, antequam eadem, rursus naturalis & limpida fermentationem febrilem absolutam denotat, sed longius adhuc tempus mustum quoque requirit, antequam plene fæces ipsius subsideant, limpidoque colore fermentationem suam completam id ostendat. Ne vero febribus etiam fermentatio, quæ duplex est, confundatur, (d) scilicet corruptiva, in febris invasione, (e) cum horrore obtinens, similis illi, qua per æstatem resurgentia vina pendula fiunt & spissescunt,

O cum

dem eam infirmans, sed revera p. 29. 30. 31.  
sensu & rationibus magis confirmans.

(c) Monente Hippocr. *Prænot. XI. 2. Vol. I. p. 456. Coac. V. 54. 61. p. 582. 82. p. 584. L. I. Epid. S. III. Aegr. V. 10. 21. 28. 33. p. 677. & Aegr. XIV. 9. II. p. 684.*

(d) Cum Willisio *de febr. C. XV. p. 256*

(e) Velut cum Avicenna River. *Prax. I. XVII. S. III. C. II. f. 549.* distingvit & Hippocr. *L. I. 45*

cum altera perfectiva & depurativa incutus ipsius febrilis, qua sanguis, sicut vi-  
num pendulum, novo musto affuso, &  
repetita fermentatione, restituitur. Quam-  
vis autem fermentatio liquores (f) atten-  
et; attamen ex eadem quoque coagula-  
tiones evenire, fæces, tartarus & vino-  
rum pendulorum quasi membranofæ, ma-  
tres dictæ, ostendunt.

§. XVIII. Febrilis igitur fermentatio,  
calore præternaturali majore vel minore  
dignoscenda, (a) tamdiu, om̄issis medi-  
camentis, permitti potest, quamdiu eidem  
naturali (sic vere medicina sine medico) sufficit.  
Quando etiam motus ille febrilis nimium  
insurgit, acidis nitrove crudo est tempe-  
randus; sed e contrario, quando motus ille  
torpet, jamque nimium depresso est, ut  
sanguis in coagulationem, ejusque fer-  
mentatio magis in putredinem declinet, su-  
dori-

---

I. de morb. XXII. 13. 22. Vol. II. p. 27. in-  
nuit.

(f) Quæ objicit Diemerbr. de variolis C. II. p.  
495. C. III. p. 498.

(a) Sydenhamio de morb. acut. S. I. C. IV. p.  
29. 30. 31. 38. 45. 48. 52. & Bagliv. Prax. I.  
II. c. X. §. VI. p. 239. ipsis docentibus; qui  
tam̄en alias febrium per refrigerantia cura-  
tionē

doriferis, & salibus maxime volatilibus, is  
magis evelendus est, ut *cruoris massa satis*  
*a materia heterogenea, febrim excitante,*  
*& ipsi naturae adversante, depuretur, ne*  
*alias natura, in perficienda sanguinis depu-*  
*ratione, debilitata, animi deliquia, ipsa-*  
*que mors, superveniant, aut morbus, in*  
*diuturnitatem abiens, scorbutum, magis-*  
*que febres hecticas, ferat.* Quæ regulæ  
ut observari possint, febrilis motus  
quivis status gradusve per artificialia signa,  
ex Hippocrate præ aliis addiscenda, di-  
gnoscendus est; ne alias per minorem  
motum cum animi deliquiis & perfrige-  
rationibus, usu *clyssi antimonii & aliorum*  
*acidorum, aut nitri crudi, crises (b) im-*  
*pediantur, & æger, alias volatilibus ser-*  
*vandus, imperitia medici manifesta per-*  
*datur.* Quam infallibilem veritatem sicut  
Hippocrates (c) in Græcia & Baglivus

O 2

(d) in

tioni nimium indulgent; ita ut ipsi contra  
proprias has regulas peccent, præsertim vero  
Sydenham. S. V. C. IV. p. 346. in varialis me-  
dicina facienda.

(b) Verissime mendente Baglivo Prax. I. I. 6.  
XIII. S. VI. p. 122.

(c) De arte XXII. 9. Vol. I. p. 13. S. IV. apb.  
XXXVI.

(d) in Italia, deprehendit; ita quivis etiam medicus, modo non speculator, præjudiciis prorsus occœcatus, in regionibus quoque septentrionalibus, cum Sydenhamio Londinensi, nec minus Halæ, deprehendet.

§. XIX. Fermentationi propter eundem motum intestinum, minus quidem impetuosum, affinis est putrefactio, (a) in multis quidem cum illa conveniens, sed & in multis rursus ab illa differens. Est autem putrefactio corporis misti, non vivi, corruptio (b) sicut physicorum moralium contrariæ speculationi & veteres & recentiores sobrii philosophi ad unum omnes reclamant. Hanc enim licet ma-

jor

---

XXXVI. p. 85. Praenot. XXIV. 8. p. 468. Coac.  
I. 215. p. 534.

(d) L. I. Prax. C. XV. §. IV. p. 143. L. II. C.

XII. §. IV. p. 255. V. p. 257. Licet sibi ipsi, pro more quidem, contradicat. §. V. p. 145.

(a) Demonstrante Bohnio Diff. Chym. X. i. p. 151. 3. p. 153. 9. p. 156. 25. p. 166. ita ut, confirmante Wedelio Pharmac. I. I. S. III. c. I. p. 22. fermentatio, sibi reliata, tandem in putredinem definat.

(b) Ostendente Sennert. Phys. I. III. c. III. p. 237. Siquidem probante Cl. J. Thomas. Phys. C. XXVII.

jor humiditas retardet , eadem tamen , exiccatione prorsus detracta , quoque (c) penitus inhibet . Quamvis autem per putrefactionem sal volatile magis evolvatur , & denique prorsus ab acidi complexibus & vinculis extricetur ; ita ut per hanc ope-

O 3 dicas de ratione

XXVII. 34. p. 135. Naturalis haec corruptio evenire quidem potest mixto corpori animato , seu vivo ; sed non quatenus tali , cum bujus corruptio mors sit , per animae separationem a corpore obtingens , putredo vero sit illius , ue mixti , resolutio . Quam evidentissimam veritatem inter alios recentiores confirmat Boyl. de orig. form. p. 139. copiose solideque demonstrans , cadaveris putrefactionem non ob animae separationem supervenire , cum dentes & ossa , partes tamen corporis vivi , post mortem non cum carnibus &c. putrefiant ; & e contrario aqua , quavis moralitate indubitate destituta , in paludibus putrefiat , atque lac & urina , non ob animae separationem , putredinem concipient .

(c) Qua ratione sanguis hirci exiccatione sola , etiam ordinate , a putredine immunis conservatur ; imo album Græcum , quod siccum sit , etiam ordinate haud putrescit ; contra cornu cervinum , ebūr , &c. ordinate non putrescentia , facile tamen extraordinarie putreficiunt , quando ipsorum rasura , cum aqua saltem in cote præparata , & adhuc humida diutius servida tempestate reponitur .

(d) Con-

rationem ex pluribus vegetabilius (d) sal volatile urinosum accipiatur, alias non habendum; attamen illa magis (e) ab acidi salis turbulentia mobilitate ac inquietatione inchoatur & promovetur; exinde ipsa quoque ab alcalinis (f) magis, quam ab acidis præcavetur & prævenitur.

§. XX. Hippocrates similem putredinem æque in corpore vivo, non obstante

(d) Confer Bohn. *Diff. Chym.* X. 4. p. 154 15.  
p. 160.

(e) Siquidem secundum Helmont. *blas hum.*  
52. p. 153. a sede animæ s. p. 234. de flat. 36.  
p. 339. 72. p. 344. omnium putredines ab ace-  
scentia incipiunt; lacte carniumque jusculis  
corroborantibus.

(f) Luculentius experimento Boyl. *dé sangu.*  
*Hum.* P. IV. Tit. VIII. p. 45. 46. corroboran-  
te, secundum quod *spiritus sanguinis hu-*  
*mani drachme due sanguinis humani* (re-  
center evenamisi) *drachmas duodecim per*  
*menses duodecim in vitro conservarunt*, ut  
*floridus & fluidus sine quovis foetore* (ac pu-  
tredine) *permanserit*, natura tamen morali,  
animaque immateriali penitus absente.  
Haud securus crux agnini, & rursus huma-  
ni, unciam circiter, affusa liquoris cinerum  
clavellatorum, & in alio vitro *spiritus salis*  
*Armeniaci aquosi*, uncia semi, per inte-  
gros

te naturamorali, docet; (a) in quo eam  
sangvis per inflammationes inchoat, per  
gangrænas vero magis provehit in excell-  
entem, Sylvatico (b) dictam. Dum  
autem crux per inflammationes, ob co-  
agulum, vasa tantum semiplene obstru-  
ens, (c) quidem stagnat, nondum ta-

O 7

men

gros menses, Junii, Augusti, Septembris &  
ultra, sine fœtore ac putredine, liquidum  
asservavi.

(a) *S. VII. aph. XX. Vol. I. p. 104. de Natura  
pueri VII. 15. p. 138. l. I. Prædict. XIII. 6. p.  
479. l. II. Prædict. XXI. p. 503. l. III. Epid. S.  
III. 31 p. 723. l. V. Epid. I. 21. p. 767. XIII. 7.  
p. 778. l. VII. Epid. LV. 8. p. 874. l. I. de morb.  
IX. 15. Vol. II. p. 11. XII. 5. p. 17. XIII. 19.  
XIV. 2. p. 18. XV. 4. p. 20. XIX. 1. p. 23. XXIX.  
XXX. p. 34. l. II. de morb. II. 15. p. 37. de vi-  
etu acut. VII. 17. p. 274.*

(b) *Cent. I. Consil. XV. f. 18. Inflammationes  
enim a gangrænis gradu tantum differunt, in  
has enim illæ, male tractatae, facillime de-  
generant, sicut etiam variolæ, malignitate  
ac putredine æcta, lividae fiunt, testante Hip-  
pocr. l. IV, Epid. XIII. 13. Vol. I. p. 752. Si qui-  
dem putredines varie differunt, præsertim  
gradibus, declarante Sennerto, Phys. l. III. C.  
III. p. 242.*

(c) *Præente Hippocr. de flat. XIII. 8. Vol.  
I. p.*

men circulari motu penitus destituitur.  
 A qua sola stagnatione sanguini, etiam san-  
 nissimo, putredo talis supervenit, cum  
 eandem in statu naturali solus rapidior  
 circulationis motus, juxta impetuosum  
 fermentationis internum, reprimat. Si-  
 quidem vero inflammationum putredo  
 incipiens & minor adhuc est, in his san-  
 gvis, dum is, nondum extravasatus, (d)  
 motibus suis vitalibus, remissius quidem,  
 adhuc fruitur, accumulatus, (e) cum  
 calore præternaturali & pulsatorio dolo-  
 re, in parte affecta tumorem attollit, non  
 exurgentem a natura & intentione morali, sta-

fin

---

I. p. 407. & de victu acut. XXXIX. 2. Vol. II  
 p. 300.

(d) Sangvis enim, revera extravasatus, sicut  
 in thoracis aut abdominis cavitatem effusus,  
 nunquam inflammatur, aut suppuratur,  
 velut per inflammationes tantum stagnans.

(e) Siquidem, monente Hippocr. S. II. aph.  
 XLVII. Vol. I. p. 76. circa generationem pu-  
 ris (in partibus inflammati) dolores & ca-  
 lores maxime contingunt, quam ipso facto.  
 Calores autem tum non eveniunt, velut Car-  
 tesiani quidem tradunt, ob liberum mate-  
 riæ subtilis transitum denegatum; alias enim  
 illi potius in gangrenis majores essent, praxi  
 tamen refragante.

*sin dissolvendi, (f) qua eadem motu con-*  
*nico vasa in remotis corporis partibus con-*  
*stringens, sanguinem ad locum inflamma-*  
*tum copiosius, quasi secundum præfixum*  
*scopum, impellit. Etenim repartitione*  
*quadam sanguinis susflaminati quantita-*  
*tem in conjugatos meatus progredi, & me-*  
*chanismus hydraulicus, & observationes*  
*anatomicæ, (g) convellunt. Hippocra-*  
*tes (h) potius magis artificiosum habet in*  
*tuberculis inflammatoriis ipsorum collecti-*  
*ones impedire.*

§. XXI. Inflammatio vero, tanquam  
 minor putredinis gradus, ad majorem  
 excellentis, scilicet gangrenam, pertingit,  
 quando coagulum, magis magisque incre-

O 9

scens

(f) Quo major quippe sanguinis copia in loco  
 inflammatu colligitur, eo magis hæc illius  
 stasis auget; exinde partes inflamatæ in  
 eo situ sunt servandæ, quo eadem non pro-  
 pendent, ne ob majorem circulationis diffi-  
 cultatem crux, ibi majori copia collectus  
 atque cumulatus, inflammationem pejus  
 exacerbet.

(g) Qualem Willis *anat. cerebri C. VII. p. 57.*  
 refert.

(h) *de medico VIII. 3. Vol. I. p. 49.*

scens, (a) plene tandem vasa occludit, unde sanguis, penitus stagnans, motibus suis vitalibus, circulari & fermentativo, prorsus destituitur. Cruoris igitur ace-  
scens & coagulatione insuper auctis, ca-  
lor, dolor, imo sensus parti sensim sub-  
trahitur, putredinisque contagium (b)  
brevi magnis incrementis non partem  
duntaxat affectam, sed corpus etiam uni-  
versum, corruptit, ut hujus machina-  
mentum non posse non vitalitas deserere.  
Licet autem gangrenosa hæc putredo  
major

---

(a) Quæ luculentius apparent exinde, quod  
fortiores ossium fractorum stricturæ facilli-  
me inflammationibus gangrenas superfe-  
rant, secundum Observat. Chirurg. Wise-  
manns Book. VI. Chap. II. f. 445. Eadem  
quoque Hildani de Gangrena lethalem a  
tumore seirrhofo, qui vasa compresserat, su-  
pervenisse.

(b) Nimirum, docente Bohnio *Dissert. Chy-  
mico-phys. X. 7 p. 156.* Omne quidem mixtum,  
alias ad putrefandum aptum, sine fermento  
externo motore putredinem perfectam potest  
concipere; attamen actu putridum corpus,  
alis integris ac recentibus admotum & vi-  
cinum, hæc facilius in putredinem abripit. Si-  
ne dubio, quod miasma purulaginosa, in  
motu

major & perfecta sit, non tamen eo usque consummata est, ut, acidi salis turbulenta mobilitate ac exagitatione cessante, sal volatile alcalinum excessu aut totali excessu aut totali evolutione peccet, acidis corrigenda. Inutili falsaque igitur speculatione a natura morali trepida, tenumque deserente (c) gangræna deducitur; cum e contrario secundum putredinis mechanismum materialem medicus non de putredinibus corporis vivi restituendis desperet, neque trepidus ipse magis officium suum deserat; verum cum Hippocrate (d) tempestive inflammationum coagulationes dissolvit, & sic earum collectiones potius impedit. Qua methodo idem vel

---

*motu jam existentia, compactiora, nexusque firmiori adhuc combinata, integrorum concretorum minima impulsu suo exagitant, inque motum similem vindicant.* Id, quod & poma & uvæ satis ob oculos ponunt.

(c) Quasi *demonio* quodam, ut hunc ejusdem characterismum a Boyl. *de orig. form.* p. 78. mutuem, qui speculationis hujus inanitatem hoc ipso simul pluribus demonstrat.

(d) *De medico VIII. 2. Vol. I. p. 49.* Cujus imitatione Sylv. *Prax. l. I. c. XL. 26.* p. 685. testatur, exhibito tempestive unico sudorifice-

vel ipsorum viscerum suppurationes (e) & ex his febres hecticas secundarias, imo ipsas gangrenas, certissime prævenit, quin & has, jam terrentes coërcet. Verum ne modo hoc consilium acidis & coagulantibus tentetur, quippe putredinem hanc exasperantibus; sed potius alcalinis, maxime volatilibus; ut hanc methodum & me-

ro, ex laudatis salibus volatilibus parato, sèpius pleuriticam pulmonum inflammationem, absque ulla etiam sanguinis missione, felicissime fuisse curlatam. Quem integra centuria similium observationum propriarum corroborandi, copia daretur.

(e) Siquidem, i monente Hippocrate S. V. Aph. VIII. Vol. I. p. 90. Quicunque facti pleuritici (præsertim in pleuritidibus siccis sine sputo, quales idem L.I. de morb. XXV. II. Vol. II. p. 31. & L. III. de morb. XX. p. 110. describit) non in quatuordecim diebus repurgantur (neque per sputum neque perludabiles sudorum & urinarum judicationes) bis ad suppurationem transitio fit. Neutiquam enim pus illud, quod post mortem tum in thorace deprehenditur, ante ipsam febris, aut in ejus principio, tum acutæ, nondum, hecticæ, latere potuit; præsertim corpore sano & vegeto, & sine omnibus læsionibus & præternaturalibus signis;

sed

chanismus chymicus , & praxis medica ,  
(f) confirmant.

§. XXII. Quantumvis autem Hippo-  
ctati putredo febrilis insolens sit , eadem  
tamen , a posterioribus medicis introdu-  
cta , non quovis usu practico caret , ob  
proximam febrium cum inflammationi-  
bus & gangrenis cognitionem similem-  
que

sed illud demum , omissa discussione , ex sup-  
purata pulmonis inflammatione in thora-  
cem defluit , ibidemque colligitur ; cum  
omnis suppuratio semper antecedentem in-  
flammationem indubitate evincat . Huc  
enim apprime quadrat illud Celsi : *Nihil est*  
*stultius , quam quodcunque homini vivo (mal-*  
*toque minus sano , aut quam primum ægro-*  
*to ) ita est , tale existimare mortiente , imo*  
*mortuo.*

(f) Evidentissime corroborante historia no-  
bilis , a vipera demorsi , & ex gangrena sum-  
me debilitati , solis tamen salis alcalini vola-  
tilis viperarum largioribus dosibus repeti-  
tis , restituti ; quam ex Charas recenset Bonet ,  
*Anat. Pract. f. 1683.* Cui & ego , licet non-  
dum centies mille annorum spatio vixerim ,  
ex aliis quoque causis ortarum , gangrenarum ,  
& æque feliciter salibus volatileibus alli-  
atis curatarum , historias aliquot jungere pos-  
sem , nisi brevitatis studium prohiberet . De  
pro-

que in utrisque sanguinis statum. (a) Et enim singulae quidem febres putridæ sunt, ut hæ per putredinem communiter quidem, sed minus commode, a practicis distinguantur; attamen optime febrilis malignitas secundum majorem vel minorem putredinem (b) discernitur, ut secundum hanc crescentem, (c) unius ejusdemque ægroti febris majorem asciscere possit malignitatem. Præterea secundarias febres accendunt inflammationes

comi-

proficio autem in his salium alcalinorum externo usu confer Helm. *de febr. c. IX. 19.*  
*p. 768.*

(a) Confer *disputationem nostram de febrium crisiibus per abscessus c. IV. §. X. p. 31.*

(b) Cum Riverio *Prax. l. XVII. S. III. c. I. f. 529.* Sydenh. *de morb. acut. S. V. c. IV. f. 341. 343.* Quamobrem B. Sylvaticus *Cent. I. Consil. XV. f. 18.* præclare docet, *in summe pestilentibus febribus sanguinem penitus corrumpi a vera illa summa que excellente putredine, quæ, calore nativo extincto, interficiat non secus ac fiat ingangranis.* Quas etiam veras carbunculi, talibus in febribus frequentissimi, ostendunt; imo per quas tandem omnes fere febres perniciose vitam extinguunt.

(c) *Velut pleuritidis exemplo illustrat Baglivus*

comitantes, per circulationem (d) communicatis putridis particulis cruoris, in ipsa stagnantis. Essentiales vero febres *spinam* (e) coagulationis & putredinis suæ ab humoribus acidis accipiunt, ex primis viis, (f) copiose in sanguinem delatis. Quam, saepius ipsis oculis usurpandam, & sic omnino *sensilem*, judicatorii exhibent abscessus, (g) in primis erysipe latum

vus l. I. Prax. C. IX. §. I. p. 53. & c. XIII. §. I. p. 113. Confer River. l. c. f. 530. Sydenh. de morb. acut, S. I. c. IV. p. 52.

(d) Probante River. Prax. l. XVII. S. II. c. I. f. 508.

(e) Quippe, secundum Hippocr. l. II. de diaet. XLV. 8. Vol. I. p. 238. Pars coagulata non commoda est corpori (& sanguini) sed, infesta, laborem (& dysphoriam morbosam) atque febrim exhibet. Quam rem Helmont. de febr. c. I. 28. p. 741. & c. VI. §. p. 759. convenientissimo simili *spine*, dígito infixæ, declarat; ut Bagliv. Prax. l. I. c. VI. §. IV. p. 30. *spinam* hanc, tanquam somniatam & non *sensilem* sine sufficienti ratione suggillet.

(f) Præente Hippocr. l. I. de morb. XXII. 13. Vol. II. p. 27.

(g) Quos, in febribus notat Hippocr. Coac. I. 217. Vol. I. p. 534. & l. III. Epid. S. III. 28. p. 722.

latum, item gangrænæ (h) & signa livida, (i) post mortem ut plurimum in febribus perniciosis conspicienda. Quapropter febrium curationes sicut de corruptiva febrium fermentatione, parum a putredine differente, dictum fuit, non acida, sed magis alcalina, postulare, hic quoque putredinis mechanismus demonstrat.

§. XXIII. Ad operationes chymicas quoque præcipitatio pertinet; cuius species proprie dici non potest, si limus aquæ agitatione violenta confusus, rursus subsidet, nec si evaporatione liquores (a) exiccantur. In præcipitatione vero, proprie sic dicenda, soluti particulæ ex solvente liquore præcipitans ad fundum de-

ji-

(h) Quas febribus acutis haud insolitas ostendit Hippocr. *L.I. Epid. S. III. Aegr. IX. Vol. I. p. 680. L. VII. Epidem. LV. 4. p. 874 Vectiar. XVII. 7. Vol. II. p. 864.* Item Hildan. *C. III. Obs. XCIII. f. 278.*

(i) Quorum mentionem in febribus facit Hipp. *Coac. II. 109. Vol. I. p. 540. III. 183. p. 561. L. VII. Epid. XIII. 6. Vol. I. p. 838. de viet. acut. VIII. 2. Vol. II. p. 274.* Hæc autem, docente Boneto *Anat. Pract. f. 996.* gangrænæ sunt foras versæ.

(a) Quo tamen Gvilielmini in *Dissert. epistola*

jicit, unde ipsa nomen hoc traxit ; quamvis subinde præcipitatum, quod communiter magisterium nominatur, etiam supernatet. (b) Quæ præcipitandi energia communiter ex salium contrarietate deducitur, ut acidis soluta præcipitentur alcalinis, (c) & alcalinis soluta dejiciant acida. (d) Quantumvis autem plures, magisteria ex vegetabilibus parare, laborent, quasi eadem alcalinis, maxime lixiviosis, soluta, solutione aluminis, tanquam acida, præcipitando ; attamen talia potius sunt aluminis magisteria, in quibus alcali, colore vegetarium tinctum, ex alumine ipsius calcem tinctam præcipitat, ab

P acido

*lica de salibus inclinat, sicut recensetur in act. Erud. Lips. mens. Februar. 1708. p. 77.*

(b) Sicut flos lactis qui a lacte præcipitatione separatur, ob oculos ponit. Confer Bohn, *Diss. Chym. XV. c. 15. 16. p. 237.*

(c) Acidis autem soluta præcipitantur ab alkalibus, tam volatilibus, quam fixis ; sicut aurum fulminans & liquore tartari & spiritu salis Armeniaci, præcipitari solet.

(d) Quæ quidem regula, monente Bohn. *Diss. Chym. XV. 32. p. 246.* Fallit in solutione marcasita per spiritum urinosum facta, quam Spiritus acidus haud repercutit ; Item insoluti-

acido minerali ahtea solutam. Verum præterea quoque acido quodam soluta, ab alio acido (e) præcipitari possunt. Quod autem cum non universale sit, nihilominus illi alcalinæ naturæ criterio, (f) scilicet solutionem vitrioli & Mercurii sublimati præcipitandi, adhuc sua firmitas constat.

## §. XXIV.

*one cupri, per spiritum salis potentiores fixata, quam Spiritus salis Armoniaci aut urinæ non præcipitat.* Porro Boyl. *de product. princ. chym. P. II. S. IV. p. 35.* testatur, *Spiritus lignorum adiaphoros, nec acidæ, nec alcalinæ naturæ, solutiones tamen acidis & alcalinis factas, præcipitare.*

(e) *Quomodo Boyl. de orig. form. Exper. III. p. 227.* luncam corneam elaborare docet, argentum, aqua forti solutum, rursus spiritu salis præcipitando.

(f) *Quod ab Helmont. tr. a sede anime 20. p. 238.* Tachen. *Hippocr. Chym. c. XVII. p. 126. c. XVI. p. 114. c. VII. p. 31.* etiam a Boyl. *de color. Exper. II. p. 158.* & in animadversionibus ad Exper. XL. p. 387. adhibetur. Si quidem propria experimenta me certiorem fecerunt, solutionem vitrioli nec ab affusa aqua forti, nec ab aceto destillato, nec a succo citri, nec a solutione salis communis præcipitari, sicut quidem a sale prunellæ & spiritu

§. XXIV. Præcipitationis ratio igitur non a salium duntaxat contrarietate, sed magis a textura, & particularum præcipitatarum immutata & aucta gravitate, (a) & magnitudine, petenda videtur. Haud secus etiam turbatio, (a qua præcipitatio inchoare consuevit) sequitur, quod in ea solutæ ac præcipitatæ atomi, tantillum modo graviores factæ, descendunt saltem in pororum interstitia, ut ea oppleant integra, (b) ne lumen rectilineo motu træjici possit; aut eæ simul atomorum ordinem deturbant, ut pori haud amplius re-

P 2

etiam

ritu vini, non alcalisato, sed alcoholisato. Solutionem Mercurii præcipitabat quidem solutio salis communis, sed non spiritus salis acidus, nec aqua fortis; ut igitur ejusdem cum solutione salis communis factæ, præcipitationi alia ratiō subdit.

(a) Ex hydrostaticorum regulis, etiam per solutiones valentibus. Quippe corpora per texturæ suæ mutationem gravitatis etiam variationem experiuntur. Magisteriorum vero particulæ fiunt graviores, quando in iis soluti, solventis atque præcipitantis atomi in unum quasi calcis corpusculum coalescunt.

(b) Exinde, pro præcipitatorum diversis coloribus, turbata quoque varios offerunt colores,

Etiam (c) seriem retineant. Exinde quoque particulæ graviores aliorum, denuo solutionibus injectorum, antea solutas leviores ex poris suis (d) ejiciunt. Quorum laxatio (e) aut constrictio (f) plurimum quoque pro præcipitatione inferenda valet. Quanquam ut plurimum in u-  
no

res, v. g. solutio vitrioli atramentum, saxeorum album colorem, Mercurii sublimati flavum aut album; quemadmodum etiam urinæ illo colore turbantur quo earum sedimenta deponuntur.

(c) Sicut etiam obtingit in aquis, limo turbatis.

(d) Qua ratione ferrum solutionem cupri, & aqua solutionem camphoræ quidem, sed non ferri, eodem vitrioli oleo factam, præcipitare videtur.

(e) Qua ratione solutiones multæ a sola aqua, aut spiritu vini affusis, præcipitantur.

(f) Sicut urina, reposita, donec refrigescat, demum sedimenta sua deponit, quæ illa, deinde recalcata, resorbet. Sic aqua calida tremoris tartori majorem quantitatem continet, cuius magnam partem illa, deinde refrigescens, quasi præcipitat. Et hujus classis esse videtur, quando, menstruo volatili exhalante, solutum præcipitatur, sicut ex acidulis, spiritu acido volatili exhalante, ochra. Confer Bohn. *Dissert. XV.* 15. p.

no eodemque præcipitationis exemplo (g) plures ejusdem rationes concurrere soleant.

§. XXV. Optima igitur magisteria sunt, quæ soluti tantum particulis constant, (a) jam minoris valoris, quæ solventis particulas (b) juxtim complectuntur minime vero notæ sunt, in quibus soluti, solventis & præcipitantis particulæ coalescunt in calcem insolubilem ; quælia sunt tam acidis soluta, & acidis præcipitata, quam alcalibus soluta, & acidis præcipitata, (c) magisteria. Nihilominus talibus etiam non omnem efficaciam simpliciter denegandam esse, aurum fulminans & sulphur antimonii auratum, satisfatamen efficacia medicamenta ob oculos ponunt. Attamen cum talia magisteria

P 3 com-

(g) Confer Bohn, *I. c. 31. p. 245.* Guilielmi-ni *Dissert. epist. de salibus*, sicut ea recentur in *aet. Erud. Lips.* p. 77.

(a) E. g. resinæ scammonii, jalappæ; cuiusmodi quoque fere sunt magisteria resolubilia Zvelferi.

(b) E. g. acidis soluta, rursusque acidis aliis præcipitata. Confer Hoffmanni *Clav. Schraeder. I. III. c. IV. §. XLVI. p. 148.*

(c) Confer Zvelf. *Pharmac. Aug. f. 291.*

communia, v. g. corallorum, margaritarum, cornu cervini & similia (d) omnem, acores corrigendi, virtutem exuant, ventriculi fundum oppleant, graventque, iisdem melius supersedere licet, eorumque simplicia (e) præferantur, vel magisteria solubilia Zvelferi (f) substituantur.

§. XXVI. Ad præcipitationis mechanismum, in natura humana quoque animadvertisendum, pariter Hippocrates (a) manuducit. Eundem præsertim urina ostendit, quæ in renibus quidem percolatione

448. 449. in append. f. 67 *Mantiss. Spagyr. P.*

*II. c. X. f. 400. contra Tachen. P. III. c.*

*XIV. f. 105. Boyl. de util. Philos. exp. P. II.*

*Eff. V. Chap. VI. p. 150.*

(d) Confer Wedel. *Pharmac. l. II. S. IV. c. I. p. 166. & c. II. p. 167.*

(e) Monente Ludovic. *Pharmac. p. 12. 16. & Sylv. Prax. l. I. c. VII. 41. p. 64.*

(f) Quæ idem cum spiritu viridis æris parat & describit append. ad Ph. Aug. f. 66. 67. quanquam hæc magisteria, sic quoque ab eodem vocata, proprie tantum simplices sint solutiones.

(a) L. I, de morb. XXVII. 5. Vol. II. p. 33. per vocem διάγνωσεως, qua feri præcipitationem a sanguine, tanquam phrenitidis causam

tione (b) secernitur, sed prius in sanguine, (c) præcipitatione fusa; evincente ipsius sal sedine, (d) præcipitatis liquoribus

P. 4

sam indigit. Confer Wepf. *de apoplex.*  
p. 262.

(b) Etiam Hippocrate *de venis VIII. 9. Vol. I.* p. 298. docente. Quam urinæ percolationem, a Bellino accuratissime traditam, describit Willis *Pharmac. Rat. P. I. S. IV. c. I. p. 138.*

(c) Licet enim Helmont. *de lithiasi c. IV. 22. p. 680.* lori determinationem a rene, odorem vero a fermento putrefactivo esse, tradat; at tamen *c. VI. i. p. 688.* ipse confitetur, neque renes per separationem lotium a cruento sequestrare, nisi jamdum urina & cruento realiter distincta essent. Confer Willis *I. c. p. 137. & c. III. p. 164.*

(d) Quam per nitrosam urinæ naturam Mercatus & Ballonius notarunt. Confer Willis *de Urin. c. I. p. 334.* Qua ratione Baglivus *Prax. I. II. c. IX. S. III. §. III. p. 220.* verissime scribit, patefaciente analysi chymica, in urina præpollere ceteris in statu sal naturæ indolis Armeniacæ, in statu vero morbo so aliam salium esse varietatem & mixtionem (pro majore vel minore salis acidi & alcali copia.) Quamobrem ex colorum (& sedimentorum) urinarum observatione nos admoneri, subjungit, quibus morbis producen-

dis

ribus simili, deinde diabete, (e) non renum, sed sanguinis, morbos sequente, denique urinaceo foetore & sapore, in tota massa sanguinea (f) ex diuturna urinæ suppressione observatis. Evidentius autem urina præcipitationem suam oculos ponit in statu præternaturali per ejusdem turbationem & variorum sedimentorum depositionem, haud reprehendendam in status naturalis, quomodo cunque refrigercente, & per plures dies seposita & asservata. Præcipitationem il-

lam

---

*dis idonei sint urinæ sales, dum in sanguine abundant.*

(e) Confer Willis *Pharm. Rat. P.I. S.IV. c. III. p.164.* confirmantibus etiam observationibus anatomicis in Boneti *Anatom. Pract. f. 890. 1266. 1267. 1271.* legendis. Quam obrem Balloniūs in hoc morbo calculis, renes obscientibus, comprehensis, quærit, quomodo ren, tam male affectus serum tamen a sanguine copiosius secernat? dictumque morbum magis a sero nitroso, maloque sanguinis, deducit.

(f) Secundum observationes Job van Meekren c. VII. p. 73. Boneti *Anat. Pract. f. 1247. 1221. 1215. 1216.*

(g) Sicut quidem Boyl. *Chym. Scept. p. 84.* Sed falso, contrarium innuere videtur, nisi

de

lam melius promovere licet per purorum  
alcalinorum, (h) non vero acidorum,  
infusionem<sup>1</sup>, quam solutionis aluminis,  
hæc enim potius ab urina præcipitatur,  
quam contra.

§. XXVII. Urinæ autem præcipitatio  
non fermento (a) tantum cuidam renum,  
sed confluxui debetur duorum diverso-  
rum humorum, quorum alter sale acido,

P 5 alter

---

de statu neutro id magis accipiatur, quod fa-  
cilius admitti potest.

(h) E. g. Puella 20. annorum epilepsia labo-  
rabat fere annua, in qua purpura per hys-  
tem eruptionem cooperat, sed ob errores  
non absolverat. Hujus urina mense Junio  
colorem lixivii rubicundioris referebat, & se-  
quenti die vesperi, nondum turbata, nube-  
culam meteoram, & in vitri parietibus circu-  
lum coeruleum, exhibebat; affuso autem  
spiritu salis Armeniaci, mox turbabatur limo-  
sa, atque nondum foetens tertio die, circu-  
lo dicto disparente, & sedimento argilloso de-  
posito, tenuior quidem, adhuc tamen, sub-  
rubra, conspiciebatur. Non igitur urina ru-  
bra bilem magis alcalinam peccare porten-  
dit.

(a) Ad quod Helmont. *de lithiasi c. IV. 22. p.*  
*680. & Willis Pharm. Rat. P. I. S. IV. t. I.*  
*p. 137. & 139. item de urinis c. II. p. 337. in-*  
*clinant.*

alter acalino prævaleret. Cujusmodi aut urina duplex, (b) aut dilutum chyli subacidum esse potest, delatum ad venam cavam, ibidemque affusum ad sanguinis partem inveterascentem, ejusque particulas alcalinas magis evolutas. Qua ratione acida (c) copiosam urinam movent, dum eadem sanguinem, haud secus ac lac, præcipitatione fundunt. Exinde in morbis etiam, ab acida cacochymia oriundis, copiosæ, tenues & aquosæ urinæ profundun-

tur

---

(b) Quam Paracelsista asserta & alteram *externam* vocant, quæ proximioribus meatibus ex prima regione mox ad renes deferatur; & alteram *internam*, quæ sit sanguinis pars inveterascens. Similem, non sic quidem nominatam, urinam comprobant quoque Diermerbroc. *Anat. l. I. c. XVII. p. 175.* Willis de urinis *c. II. p. 339.*

(c) Sicut Hippocr. *l. II. de dieta XXII. 9. Vol. I. p. 223.* & de vīt. acut. *XXXV 15. Vol. II. p. 289.* vinum arguit, & de cerevisiis acescentibus notissimum est. Quod vero lixiviosa etiam diuretica sint, & ob hanc facultatem in hydrope ascite laudentur; id usu venit, quoniam eadem magis virtute aperiendi & obstructiones referandi, tum conferunt, ut urina non copiosius præcipitetur, sed, copiose humor ad renes prodeat, atque penetret.

Jam

tur, ipso Hippocrate (d) notante. Quamvis vero in urinæ naturali præcipitatione magisterium nullum, (e) appareat, ejus loco tamen nubecula, (cujus defectus hinc etiam male significat,) in præternaturali sedimentum, imo calculus renum, haberi debet, coagulationem suam acori debens. Quamvis autem urinæ supresio in

Jam præcipitata, per urinarios meatus excerni possit. Hoc certum est, non tam, alcalia ut acida, copiosas urinas, quam per illos copiosa sedimenta, educere; quanquam quosdam liquores & acida & alcalina simul præcipitare, superius declaretur.

(d) *L. II. Prædict. X. 2. Vol. I. p. 494. Coac. V. 25. 30. 39. 40. p. 581. 83. p. 584. L. III. Epid. S. III. 101. p. 726. L. II. de morb. I. Vol. II. p. 36. XII. 7. p. 42. XXI. 8. p. 52. Confer Willis de urinis c. IV. p. 346. 347. Pharm Rat. P. I. S IV. c. III. p. 168. Wepfer. de apoplex. p. 247. Loss. L. III. Obs. LIX. p. 311.* Siquidem tales urinæ nephritidem, arthritidem, epilepsiam, capitisque dolores, aliaque gravia mala denunciant.

(e) Nisi forte videatur ad analogismum, quo a flore suo lactenue acescens separatur sine alio magisterio: ita sanguinem ab urinæ præcipitatione remanere crassiorem; aut secundum Hippoer. *de genit. II. p. 125.* hinc semen quoque crassius secerni, quis malit.

in febribus (f) subinde ab acido majori, & coagulatione sanguinis fere totali, (g) superveniat ; nihilominus tamen a minore acido, & leviore sanguinis coagulatione, seu tantum præcipitatione, copiosa mictio provenire potest.

## §. XXVIII.

(f) Siquidem plures observationes anatomicæ in Boneti *Anat. Pract.* f. 890. 1221. Will. *Pharm. Rat. P. I.S. IV. c. III. p. 167.* ex urinæ suppressione demortuos exhibent, sine morbis renum, ureterum atque vesicæ deprehendendis. Ab acido igitur majori & gravissima sanguinis coagulatione urinam tum supprimi, phænomena innuunt, comitantia secundum Hippocr. *I. I. Præd. VI. 15. Vol. I. p. 475. Coac. I. 5. p. 522. I. I. Prædict. XXII. 5. p. 485. Coac. I. 34. p. 524. I. I. Prædict. XV. 6. p. 480. Coac. I. 12. p. 523. 43. p. 524.* Confer *I. I. Epid. S. III. Aegr. II. 23. p. 674. I. III. Epid. S. III. Aegr. XIV. 13. p. 740. Aegr. XVI. 16. p. 742. I. VII. Epid. XXIV. 7 p. 849.*

(g) Siquidem experimenta Drelincurtii, legenda in Bonet. *Anat Pract. f. 961. & 962.* testantur, fortioribus acidis, sanguini affusis, hunc universe compingi atque coagulari, velut caseum fortiorem, idque semper citra seri ullius guttulam ; at mictoribus non item, sed confusum permixtumque manere cum sanguine nigrefacto, inspissatoque ; id est eisdem se-

§. XXVIII. Urina sicut materia proxima pluribusque qualitatibus similis est sudori; ita quoque ad hujus secretionem per glandulas subcutaneas sanguinis præcipitationem (a) concurrere, verisimile est. Illud enim maxime sudores detegunt diaphoretici & colliquativi (b) tabidorum, item ex febribus imperfecte judicatorum, neque minus symptomatici (c) maximeque frigidi morborum auctorum. Quos non acidis aut adstringentibus, sed acores obtundentibus & ipsis alcalinis, tam fixis

---

rum præcipitatione fundi; qua ratione secundum observationem Bonet *Anat. Pract. f. 800.* immodicum urinæ fluorem ejusdem suppressio secuta est.

(a) Sine qua enim in febribus saepius cum calore urente nullus sudor promanat; licet tum pori aperti sint, & rapida sanguinis circulatio non deficiat, cum contra, docente Hippocr. *I. II. de diata XLV. 20. Vol. I. p. 238. excreto sudore, sanguis in naturalem statum restituatur, calorque remittat & lasitudo sedetur.*

(b) Optime Willis *Pharm. Rat. P. I. S. V. c. I. p. 188. explicante.*

(c) Quos arguit Hippocr. *S. IV. aph. XLII. Vol. I. p. 86. LVI. p. 87. S. VIII. aph. IV. p. 110. l. I. Prædict. VII. 8. p. 475. de Judicat. VIII. 6. 9. p. 443, Prenot. V. 10. p. 452.* Etenim, Heurnio in *aphor. p. 255.* declarante, *omnis sudor bonus calidus.*

fixis, quam volatilibus, (d) curari, me  
praxis confirmavit. Nihilominus acida,  
licet præcipitatione sua sint diuretica, non  
sunt tamen sudorifera, ut sudores lauda-  
biles atque critici consultius alcalinis, ma-  
xime volatilibus, promoteantur. Cujus  
rei ratio est, quod in febribus, ab acore  
graviori jam major adsit coagulatio, qua  
vero per alcalia laxata, ille, jam minor  
(e) factus, potius præcipitatione sua soli-  
ta sanguinis serum pro sudoribus fundit,  
ut yper potos reclusos profluant. Hæc  
animi deliquia declarant, in quibus per  
coagulationem incipientem calor volati-  
cus, per completam, frigus pallorque faciei

cum

---

*validus quidem est, sed non omnis sudor cali-  
dus bonus; sicut etiam sudor bonus diebus  
criticis quidem contingit, sed non omnis talis  
bonus est & in primis perfecte judicat, nisi cæ-  
tera quoque requisita conjungantur.*

(d) Confer Willis *Pharm. Rat. P. I. S. V. c. III.*  
*p. 218. 219.* sicut maxime methodus medendi  
sudori Anglico, quondam labi pestilenti, con-  
firmat, quam idem *ibid. p. 232. 234.* descri-  
bit.

(e) Quamobrem sudores tales manifesto sub-  
inde acore nares offendunt, sicut hoc præ-  
sertim in febribus miliaribus observare licuit  
& cuivis licebit.

cum aphonia & anæstesia, per remitten-  
tem sudor copiosus animadvertisit, sine  
quo alias eorumdem paroxysmus haud sol-  
veretur.

§. XXIX. Præcipitationi etiam diar-  
rhoeas & dysenterias in primis serosas suas  
copiosas dejectiones debere, in aliis urinæ,  
sæpius in his aquosæ, (a) significant.  
Quamvis enim illarum prima & primaria  
causa concedatur primæ regionis excede-  
dens fermentatio, attamen & sanguinem  
(b) in iis male affici, comitantes febres, pu-  
stulæ miliaries, (c) abscessus, (d) & del-  
iria, ex intempestivis atque incautis sup-  
pressionibus supervenientia, evincunt.

San-

(a) Docente Hippocrate *Coac. V. 53.* p. 582. l.

*I. Epid. S. II. 127. p. 664. 143. p. 667.*

(b) Solide probantibus Uratislav. *bist. morb. S.*

*III. de dysenteria §. 3. p. 83. 84.*

(c) Haud novæ nostrorum duntaxat sæculorum,  
fortassis cum scorbuto, sed jam Hippocrati  
quoque notæ, utpote quas *I. II. Epid. S III.*  
*21. Vol. I. p. 697.* per *asprefudines miliaceas, cu-*  
*licum morsibus similes idem aptius exprimit;*  
*sicut etiam I. VII. Epid. XXIII. 19. p. 848.* pustu-  
las miliaries albas nominat *asperitatem efflo-*  
*scentem, cum pallore albicantem.*

(d) Secundum Hippocr. *Coac. V. 290. Vol. I. p.*  
*567. de vietu acut. LIV. Vol. II. p. 312.*

Sangvis vero tum verisimilius a præcipitatione, (e) quam sola sua fermentatione, serum suum laxat & fundit, ut illud deinde, spasmis intestinalibus venas constringentibus, sanguinisque recursum difficulterem reddentibus, per ipsorum glandulas copiosius in eorum cavitatem effundatur, perque alvum dejiciatur. Exinde pro dysenteria curanda sudorifera & salia alcalina fixa & volatilia, maxime vero hæc oleosa, multum prodesse, me praxis quotidiana confirmavit, per hujus constitutionem epidemicam, comitante febre purpurata, (f) Anno 1709. Naumburgi sævissime grassatam.

## §. XXX.

(e) Innuente Willis *Pharm. Rat. P. I. S. III. t. III. p. 122. & S. V. c. III. p. 235.* Quanquam idem improbabilius a liquore nerveo degeneri aut depravato, in sanguinem continuo refluente, acorem illum præcipitantem deducat. Acor major, ex fermentatione excedente, quasi aceti, ad sanguinem per vias notissimas delatus, jam huic præcipitationi satisficit; quamobrem etiam in dysenteriis funestis uno alterove die perfrigerationes mortem antecedunt.

(f) Cujusmodi non in tribus antecedentibus constitutionibus dysenteriarum, quibus in dicta

§. XXX. Hippocrates (a) phrenitidis cauſsam exponit, quod *bilis* (b) ad *venas commota*, *sanguinem ex consueta conſentia dimoveat serosumque faciat*; id est, serum ab ipso fundat, ſeparet que, quod deinde, in cerebrum diſfumum, in eodem cogitationis (c) officinas turbat. Quam cauſam, communem & epileptiæ Hippocrates; (d) & apoplexiæ atque soporum Wepferus; (e) declarat, observationes-

Q.

que

(a) *L. I. de morb. XXVIII. 4. 8. Vol. II. pag. 33.*

Græce: Καὶ διέρησε τὸ αἷμα ἐκ τῆς ἐνω-  
θύης ξυγκέστος.

(b) *Atra* ſcilicet, ſecundum *L. II. de morb. VI. Vol. II. p. 40.* acidæ naturæ, qua, ſanguinem congelando, perfrigerationes quoque jungit; ſicut hujusmodi ejusdem naturam demonstrat Drelincurtius in *Boneti Anat. Pract. f. 902.* Falso igitur Tribe *ibid. f. 1449.* *delirium a bile* (amara & quaſi cauſtice alcalina) erodente, genusque nervosum tangente, deducit, cum in eodem ægro *sangvis niger* rimus, picis adinſtar, dimanarit.

(c) Secundum Hippocr. *de Glandulis IX. 8. Vol. I. p. 419. & L. VI. Epidem. S. VIII. 97. p. 823.*

(d) *De morbo sacro XIII. 7. Vol. II. p. 337.*

(e) *De apoplexia p. 246. 248. 262.*

que anatomicæ (f) confirmant. Seri hanc fusionem & secretionem non tam effervescentiæ, fermentationi, orgasmo, (g) quam præcipitationi, ab acore præternaturali, deberi, corroborant *sangvis ater* (h) urinæque aqueæ, (i) in his morbis, communes item manifesta seri falsedo, quæ per coryzam nares excoriat, fauces salso sapore offendit, epiglottida & asperam ar- teriam

---

(f) In specie de deliriis febrilibus Willis de morb. convuls. c. VII. p. 117. Boneti Anat. Praet f. 168. 170. 179. 292. 1498.

(g) Secundum Wepferum, & quem hic sequitur, Pisonem *de serosa colluvie*.

(h) Utpote qualem Hippocr. l. II. de morb. IV. 23. Vol. II. p. 38. in hoc morbo, ipsi hyperemeto venarum cerebri dicto, plurium ditorum affectuum communi caussa, apprehendendum describit. Conf. Ballon, *Paradigm. 184.* Siquidem secundum Bonet. Anat. Praet. f. 179. quibus ater ac crassus crux in cerebro, vel alio viscere, reperitur, in iisdem multum serum, a sanguinis massa secretum, in vicinia apprehenditur.

(i) Baglivo igitur l. II. Prax. c. IX. S. III. p. 221. ipso præmonstrante, secundum genuinam indolem principiorum, urinam constituentium, ad cognitionem caussæ phrenitidis pervenientes, eam acorem præternaturalem esse, qui san-

teriam erodit; tussesque hinc excitat & raucedines inducit. Quamobrem in his quoque singulis affectibus acida magis nocent, alcalia vero, præsertim volatilia, profundunt, quæ hinc in deliriis etiam, haud minus febrilibus; (k) vano metu formidantur a medicis, non cum Hippocrate (l) attendantibus, eadem magis perfrigerationibus, quam caloribus auctis, juhgi & augeri.

§. XXXI. Præcipitationi proxima cognatione conjuncta est coagulatio, quam

Q. 2

Sen-

sangvinem coagulet, non rarefaciat, comprehendens ex urina aquæ, ipsi solita; ut curationem perficiamus ex physicis & mehanismo chymico, sciendo, illi acido esse contrarium sal alcalinum. Quia igitur ratione secundum alia ejusdem loca sudorifera & salia volatilia deliria potius inferre possent?

(k) Præeunte Riverio Cent. III. Obs. XXXVI. f. 621. Boyl. de util. philos. experim. Eff. V. Chap. VI. p. 159. quos pluribus decadibus propriarum observationum corroborandi, copia daretur.

(l) Sicut idem passim, ita eodem I. I. de morb. XXX. 21. Vol. II. p. 35. notat. Confer I. III. Epid. S. II. Aegr. XI. Vol. I p. 720. S. III. Aegr. XIII. p. 740. Aegr. XV. p. 741.

Sennertus (a) nimium restringit, dum, ut illa accidat, requirit, ut, nulla materiæ parte demta vel addita, tota liquida e fluiditate consistentiam accipient & concrecant, ita ut coagulatio tantum salibus & lapidibus propria sit. Verum Hippocrates, (b) ad eam latius sumendam, manuducit, & invitavit quædam ejusdem spuriæ species, (c) ex calore & frigore, (d) haud satis ex principiis chymicis explicandæ, partim tamen in medicina vere occurrentes, partim

(a) *De consensu & diffensu chymicorum cum Peripat. c. XI. p. 305.*

(b) *Per vocem πηγυίεν, campingere, ξυνεγνότος, consistentis, compacti, συληγυνθέντος, indurati, συνιόντος, cōeuntis.*

(c) *Quales sunt coagulationes secundum Sennertum ibid. p. 304. eorum, quæ sola siccitate coagulantur & durafiunt, absunta humiditate, qua antea diffuebant aut emolliebantur; ante eorum, quæ suā naturā fuerant concreta, calore vero fluida redditā, rursum, frigore accedente, concrescunt.*

(d) *Quod præsertim, tanquam prima causa occasionalis, multum confert ad sanguinis coagulationem inflammatoriam in anginis & pleuritidibus. Confer Bagliv. *Dissert. I. de Tarantula. c. XII. p. 50.* *Dissert. II. Histor. I. p. 70.* *Prax. I. II. c. IV. §. I. p. 172.**

tim etiam cum veris (e) confundi solitæ. Siquidem alias Boyleus (f) coagulationes, ex salibus enascentes, non qua talibus, sed magis propter texturam, evenire arbitratur. Nihilominus cum idem (g) ad has plurimum salium figuras conferre, concedat, etiam earum mechanismus, ut chymicus hujus est loci. Non autem omne sal quodvis fluidum, sed tantum hoc vel illud, aptæ duntaxat & dispositæ naturæ aut texturæ, coagulat; prout scilicet salia cum contrariis aliisque principiis chymicis concurrunt. Subinde autem in uno fluido ambo coagulationis principia (h) latent,

Q 3      qua-

(e) Dum per solam exiccationem non solum silices & gemmæ, sed in vesica etiam calculi, per medias undas concrescere, finguntur, ut taceam, veteres communiter sangvinis coagulationem inflammatoriam & scirrhosam ab hac metuere.

(f) Boyl. *Hist. Firm.* S. I. p. 77. S. II. p. 78.  
S. LIX. p. 129. S. XXX. p. 102. S. XXXI. p. 103.

(g) S. LVI. p. 125.

(h) Sic solo vehementiori calore albumen ovi coctione coagulatur, non tantum exiccatur; sic quoque lac acorem suum latentem saepius per inopinam coagulationem demum in coctione detegit, a qua pari tamen alias illud, adhuc integrum, non concrescit.

qualisque dormiunt, donec a novo motu  
 (i) novum situm accipientia, novo mo-  
 do cœant & concrecant.

§. XXXII. Salia quidem alcalia, præ-  
 fertim lixiviosa etiam sulphura coagulant.  
 Qua enim ratione cum illis ex pingvibus  
 sapo conficitur, & ex oleis aromaticis la-  
 pidés vegetabiles seu pilulae Matthæi (a) elab-  
 orantur. Cui quoque clasii off. & Helmon-  
 tianæ coagulatio, (b) ex spiritu vini &  
 urinæ rectificatissimis paranda, proxime  
 accedere videtur. Attamen coagulatio-  
 nis hujus concreta haud firma sunt, præ-  
 fertim vero in mediis undis haud durant,  
 cum vel ab aquo humore iterum fluidita-  
 tem

---

(i) Confer Boyl. *Hist. firmit.* S. *XLIX.* p. 118.  
 Bohn. *Diss. Chym.* II. 20 p. 26.

(a) De quibus vide Boyl. *de sangu. Hum.* P.  
*IV.* Tit. *XV.* *append. Exper. IV.* p. 79. *Hist.*  
*firmit.* S. *XXVI.* p. 70. Bagliv. *Prax. L. I. c. IX.*  
*S. V.* p. 67. Wedel. *Pharmac. l. II.* S. *I. c. XI.* 7.  
*p. 100.* Bohn. *Dissert. Chym.* II. 15. p. 24. 20. p.  
*26. 26.* p. 30. *IV.* 11. p. 61. 22. p. 69. *VIII.* 17. p. 327.  
 Helmont. tr. 3. *prima chymica* 84. p. 334. tr.  
*pot. medicam.* 31. p. 383. *ibid.* 52. p. 385. 65. p.  
*387.* tr. *quædam imperfettiora* p. 458. *de febr.*  
*c. XIV.* 12. p. 776. *c. XV.* 6. p. 778.

(b) De qua confer Bohn. *Diss. Chym.* *XIV.* 37.  
*p. 320.*

tem accipient, Sulphura vero & olea (c) firmiorem coagulationem ab acidis assument, a quibus sulphura mineralium pinguedines, ipsumque succinum crassitatem, consistentiam & soliditatem suam acquirunt. Verum hæc coagula quidem aquas, sed non ignem, durant; à quorum analogismo explicatio desumenda videtur, quod sanguinem calcarium & filex per aquas, sed non per ignem, sicut contra petra sabulosa, soliditatem suam conservent. Præterea quoque salia acida non tam coagulant, quam ipsa coagulantur in terreis corporibus, (d) velut in vitriolo saleq; communis (e) appareat. Cujus

## Q 4

autem

p. 329. Boyl. hist. firmit. S. XXXII. p. 104. Helmont. de lithias c. III. 5. p. 668.

(c) Secundum experimenta Boyl. Chymist. Scept. p. 173. 196. de producibil. princip. Chym. P. III. S. III. p. 42. Hist. firmit. S. XLVII. p. 117. S. XLIX. p. 118. Confer Bohn. Diff. Chym. II. 26. p. 30. IV. 11. p. 61. I. 27. p. 16. XI. 25. p. 181.

(d) Præeunte Helmontio de lith. c. III. 6. p. 669. secundum meditationem, quo modis res in universo condensentur.

(e) Hinc quorundam salsorum fontium aquæ, solæ coctæ, non tam largo sale ditant, quam plures conjunctim coquantur, sicut non solum Helmont. de lith. c. IV. 16. p. 679. de salinis

tem foetus non est vini tartarus , ut quidem Helmontius (f) arbitratur ; siquidem in hoc duo contraria salia , (g) praeter particulas sulphureas atque terrestres, concurrunt , & cerevisiae acescentes , ob sal alcali parcissimum , nullos tartaros exhibent , licet eadem terrestribus fæcibus pariter abundant.

§. XXXIII. Maxime genuina vero & primaria coagulationis (a) species est, quæ ab amborum salium, acidi & alcalini, concursu enascitur. In quo utriusque reactio (b) evenit , & ad oculum demonstratur, ab Helmontio requisita pro coagulo , in mediis undis concrecente , nec in liquorere-solubili. Quæ a diversorum spirituum concursu haud dependere potest, sicut idem offæ

salinis Burgundiaæ testatur , sed etiam de Halensibus certum est. Et fortassis ex aquis salinarum Sulzensium Thuringiæ sal parcus coquitur, non tam ob spiritus acidi , quam petrosi corporis, inopiam,

(f) *De lithiasi c. IV. 5. p. 677.*  
(g) Quæ potissimum copiosum ejus sal lixiviosum evincit , licet hoc per calcinationem demum componatur, ante hanc vero volatile sit.

(a) Secundum Senn. *de conf. Chym. c. XI. p. 305.*  
(b) *De lithiasi c. III. 10. p. 669. c. IV. 7. p. 678.*

effe suæ exemplo quidem corroborare laborat ; etenim plures diversi quicunque spiritus , nisi quatenus salini , facta confusione nec reagunt , nec coagulantur. Multo minus ochra Spadana (c) tali coagulationi debetur , sed potius quod spiritus volatilis , qui terram acidularum mineralē solvit , exhalet ; unde terra illa simpliciter præcipitatur seu subsidet , ac propter ramosas ferreas particulas coalescit. Magis autem huc mucilaginosorum , (d) ab acidis emergens , coagulatio quadrat , quod illa sine dubio sal volatile recondant. Nihilominus omnes hæ simplices coagulationes insufficientes sunt *pro coagulo , in mediis undis concrecente , nec in aqua resolubili ; quale calculus , vesicæ in primis , exhibet , sicut in offa Helm-*

*mon-*

(c) *Ibid 3.5.7.p.677.678.* quæ facilius de ochra thermarum Carolinarum admitti possent. Si quidem ipse Helmontius fatetur , *ochram illam ex aquis Spadanis non præcipitari , nisi prius gas suum ( seu Spiritum acidum volatilem ) eruerint.*

(d) *Velut verissime monente Sylvio Prax.I.I. c.XXIII.38.p.337.* mixturæ ex aceto solutis v. g. oculis cancerorum , coralliis &c. et syrupis juxtim mucilaginosis , in unam compagem coalescant.

montiana (e) aequæ , ac tartaro vitriolato & sale Armeniaco , apparet . Hujusmodi enim coagulum , quale cæmentum calcis lutaquæ aquatica præbent , coagulationem decompositam (f) requirit , qua salia sulphureas terrestresque particulas in consortium coagulationis trahunt , quæ deinde , poros obstruendo aditum liquoribus , ad salia dissolvenda , intercludunt .

§o XXXIV . Ut coagulationis igitur difficultas eo magis enodetur , consultum videtur , jam ejusdem phænomena expendere , in liquoribus quibusdam , mechanismo naturæ humanæ proximioribus , secundum propria experimenta . Primum igitur albumen ovi (a) totum liquidum est , nihilominus solo blandioris caloris motu , aut ex avis incubatione , aut etiam in peculiaribus furnis , ilud plurimam partem in varia consistentia & solida corpora , scilicet ossa , carnes , membranas , &c. mutatur , quæ machinamentum vivi ani-

---

(e) Utpote quæ potius sponte in liquorem nobilem resolvitur , testante Boyl . *Hist. firm. S. XXXII. p. 106.* Bohn . *Diff. Chym. II. 26. p. 30.*

(f) Docente Sennerto *de conf. Chym. c. XI. p. 303. 306.*

(a) Confer Boyl . *hist. firm. S. LVI. p. 127.*

animalis, pulli scilicet, componunt. Quæ considerationem eo diligentiores merentur, quod iisdem initis & eodem coagulationis mechanismo, animantia quævis, ipseque homo animetur, & natura humana (b) succrescat. Tradunt autem fratres familias ab ovis irritis animata discerni, quando hæc, pullos fere perfectos continentia, aquæ blande calidæ immittantur, ubi supernatent; cum irrita contra fundum tum petant; unde colligendum est, secus ac in his, in illis, plures particulas exhalasse. E contrario albumen coctione, solo vehementiori caloris motu, (c) induratur, non per solam exiccationem, sed veram coagulationem; siquidem ovi drachmarum quinque pondus coctione unico scrupulo saltem immunitum deprehendi. Albumen autem ab

omni-

(b) Monente Hippocr. de natura pueri XXXVI.  
4. Vol. I. p. 158.

(c) Quam coagulationem Boyl. ibid. S. XXIX  
p. 102. a sola mutatione, in partium textura facta, deducit, qua novo modo connectantur atque disponantur. Sed num nova illa partium connexionio non salutem concursui quoque debeat, negare difficile est, cum ova iisdem non destituantur.

omnibus acidis coagulari, certum est, etiam ab iisdem, spiritu vini dulcificatis; licet Schuylius (d) aliud afferat. Haud minus albumen ovi cum spiritu vini, (e) & quidem cum hoc ipso, coagulatur, ut vix gutta liquoris supersit. Evenit autem hæc coagulatio non ob spiritus vini sal acidum latens; cum spiritus salis Armeniaci vinosus fere majorem ejusdem coagulationem inferat. Nihilominus spiritus salis Armeniaci aquosus (f) æque ac liquor cinerum clavellatorum, illud magis attenuatum conservat. Quanquam dum mixturæ priori liquidæ, ex albumine ovi spiritusque salis Armeniaci aquosi, adhuc spiritus vini simplex (g) affunderetur, illa æque, ac albumen, sine dicto spiritu mox in gelati-

nam

(d) *Pro vet. med. p. 130.*(e) *Quemadmodum Boyl. quoque ibid. S. XXXIII. p. 107. & de Specificis p. II. aliquique pariter testantur.*

(f) A Spiritu cornu cervini, non vino, fusco &amp; multum empyreumatico, tamen tertia circiter albuminis pars etiam coagulata conspiciebatur.

(g) Etenim coagulum hoc non adeo solidum & siccum erat, quam illa duo coagula cum spiritu vini & spiritu salis Armeniaci vino-  
so.

nam fere molliorem, coagulabatur, ita tamen ut humiditas aquea, sine dubio spiritus, parum superesset, nec in coagulum simul coivisset. (h)

## §.XXXV.

so. Videbatur igitur spiritus salis Armeniaci simul aquosus non in coagulo illo comprehensus, sicut quidem spiritus vini.

(h) Præterea spiritus vini, oleo succini, aliisque similibus, imprægnatus, ovi albumen similiter coagulabat. Licet autem hæc coagula in aqua calida calefierent, ea tamen neque liquefcebant, neque indurabantur, neque notabiliter imminuebantur, neque fortem odorem spirabant putredinosum; interim nec spiritus salis Armeniaci, nec olea aromatica, quasi per fixationem quandam, propriis suis odoribus exuta, neque albumen, per 6. circiter menses sic asservatum, putredinem concepisse deprehendi. Qua igitur ratione spiritus vini adeo albumen coagulet, si queratur, in promptu quidem respondere licet secundum mechanismum geometricum, albuminis particulas majorem gravitatem, respectu affusi spiritus vini, nanciscentes, præcipitari, hinc earundem ordines & series rectilineas turbari, ut ipsæ pelluciditatem cum albedine commutent; cumque *longiusculæ* sint atque *non ribil intortæ*, (utpote quales easdem Boyl. hist. fluid. S.I. p. 46. ostendit) & fortassis etiam rigidiores fiant, eas sic con-

§. XXXV. Lac ab acidis omnibus coagulari, (a) certum est, ut vel ipse Baglivus (b) illud confiteatur; licet is alio loco idem fere in dubium vocare videatur; sicut etiam ab acidi coagulatione bu-

texi atque connecti; cum vel sola aqua, in glacie ac crystallis saliriis, sola texturæ mutatione, soliditatem novam acquirat. Sed secundum mechanismum chymicum dictæ albuminis coagulationis, cum Spiritu vini præstandæ, difficilior explicatio foret. Equidem spiritus vini variis, scilicet terrestribus, sulphureis, aqueis, acido-salsis, sed singulatiter modificatis, particulis constat; & idem conglaciationem aquæ artificialem, cum nitro saleque Armeniacō adornandam, item salium lixiviosorum crystallisationem, adjuvat, cumque urinæ spiritu rectificatissimo in offam Helmontianam coagulatur, salium quoque solutiones quasvis præcipitat, (quælis etiam hujus coaguli turbatio est, unde albedo emergit,) nihilominus adhuc plura experimenta, pro difficultate hac solvenda, requiruntur.

(a) Differt tamen lac a lacte, velut Spiritus vini a spiritu vini & acetum ab aceto &c. itaque hic etiam experimenta parum variare deprehendi.

(b) *Prax. I. II. c. XI. S. II. p. 243. I. I. c. IX. S. X. p. 80. Dissert. I. de Tarant. c. XII. p. 54.*

butyrum (c) & caseus ex lacte habentur.  
 Alcalia lac non coagulare, Willisius, experimentis instructus, (d) defendit. Secundum propria experimenta, lac recens emulsum, (quod tum simplex frumenti acetum (e) promptissime coagulabat, non quidem totum, sed cum superstite sero,) nullam quidem alterationem, cinerum clavellatorum deliquio affuso, mox ostendebat, sed post aliquot horas in eodem, serum tenue subsidere cooperat, ut sequenti mane crassioris lactis duæ partes supernarent, adhuc tamen fluidi, ut libere per angustum vitri orificium (f) proflueret.

(c) Explicante Boyl. *bist. firm. S. XLIV. p. 114.*

*Schuyl. provet. med. p. 168.*

(d) *Pharmac. Rat. P. I. S. IV. c. I. p. 141.*

(e) Frigidum tamen, licet Willis *I. c. p. 144.*

*Lac frigidum nec ab affuso acido coagulari, afferat.*

(f) Qua ratione lac non ab alcalibus coagulatum, sed præcipitatum duntaxat, videbatur; partes enim nec in solidum coagulum contextæ aut implicatae hinc apparebant. Sic quoque cum alio tempore lacti essentiam, cum spiritu vini multum alcalisato parata, affudissem, sequenti die pariter essentia viridis fundum complebat, & lac parum

ret. Quinimo cum , in alio vitro dicto,  
magno coagulo, ab aceto præcipitato, li-  
quorem cinerum clavellatorum affudis-  
sem, (g) vitro, pro meliori confusione,  
concusso, illud sensim parvos in grumu-  
los discerpebatur, & sequenti māne tres  
quidem partes seri aquosí subsederant, sed  
supernatante non crasso priori coágulo,  
verum

---

incrassatum supernatabat, quod vero sequen-  
tibus diebus magis magisque attenuabatur, ut  
vix quarta pars grumulorum caseosorum su-  
pernataret, supremam vero crustam flos con-  
stitueret; imo grumi illi magis indies imminu-  
ebantur.

(g) Similia Willis. l.c. testatur p.142. Sic cum  
illi crassamento seu lactis coagulo , quod se-  
cundo mense cum spiritu salis Armeniaci vi-  
noso concrevisse dixi, tertio parum liquoris  
cinerum clavellatorum affudissem ; sequen-  
tibus diebus major seri quantitas in fundo  
colligebatur, & coagulum, alias molle, mi-  
nusque compactum, supernatans, grumos se-  
paratos exhibebat imo in dies singulos immi-  
nutum, magisque divulsum evadebat, liquor-  
que , ante aquosus, saturatum lixivii rubedi-  
nem referebat; e contrario magis magisque  
coagulum album ad fundum præcipitabatur  
firmius & quasi caseosum, sed minori quan-  
titate, nullo putredinoso fætore observando.

Verum lacte tantum incrassato, quod adhuc ita fluidum erat, ut per angustum orificium libere proflueret. Alcalia volatilia non lac coagulare, testatur Helmontius.

(h) Secundum propria experimenta lac, affuso Spiritu salis Armeniaci aquoso, non inox mutabatur, sed, præterlapsis octo circiter horis, serum tenue, fereque aquosum in fundo colligebatur; sequenti vero mane lac omnem solitam crassitatem exuerat, ut illud sero adhuc albido simile appareret; sed superficiem, quasi tenuis crusta ex flore lactis, obduceret. Sic quoque in alio vitro, spiritu salis Armeniaci vinoſo affuso, lac illud, superfuso paucō quasi flore crassiori, quasi serum modo tenuius, lactei tamen coloris, sequenti die apparebat, hocque modo per duas hebdomadas sine putredine conspiciebatur, ita ut levi vitri concusione partes ambæ confunderentur, brevi tamen rursus separarentur; sed sequenti mense lac hoc in unicum magnum coagulum supernatans, fere totum erat commutatum, paucō admodum sero in fundo apparente. Denique cum, lacti dicto recenter emulso, in vitro quodam affusus esset spiritus vini

R

com-

(h) Delib. c. III. 13. p. 670.

communis, & rursus in alio vitro spiritus idem non alcalisatus quidem, tamen alcoholisatus, ut is pulverem accenderet; id die sequenti ne minimam quidem alterationem exhibebat, nisi quod tenuis crusta floris lactis supernataret; imo lac cum spiritu vini communi tertia hebdomade haud aliud conspiciebatur; verum mense secundo serum aquosum limpidum supernatabat, magnumque album coagulum fundum (i) opplebat, vere caseosum.

§. XXXVI. Sangvinem acida coagula-re, diverso quidem modo pro diversitate sangvinis (a) & liquoris acidi, omnes unanimi consensu, tanquam æternam veritatem

(i) De dictis meis experimentis hoc notandum, me lactis, sangvinis & albuminis duabus tertiiis partibus circiter unam liquoris cinctum clavellatotum, spiritus salis Armeniaci & aceti vini addidisse.

(a) Confer Willis. *Pharmac. Rat. P. I. S. IV. c. I. p. 145.* Bonet. *Anat. Praet. f. 431. 838.* Boyle. *de sangu. Human. app. Exper. III. IV. V. p. 74 ad Tit. V. Exp. V. VI. p. 23. Tit. VI. Exp. VI. VII. VIII p. 75.* Bagliv. *Diff. III. Exp. I. p. 103.* Sangvinis vero coagulationem, pro acidorum diversitate variantem, præ aliis experimenta plurima Drelinçurtii, Bon. *Anat. Pr.*

tem, affirmant. Alcalia vero (b) tam fixa, scilicet liquor cinerum clavellatorum, quam volatilia, v. g. spiritus salis Armeniaci aquosus, & sanguinem agnatum atque vitulinum & humanum ægri rheumatici (c) secundum mea experimenta non solum minus coagularunt, sed potius liquidum, sine foetore ac putredine, menses plures, æstivos tamen, conservarunt. E-

R 2

qui-

*Pr. f. 901.* legenda, ostendunt. Quinimao sanguinis, fibris seu gelatinosa sua substantia ferre destitutus, non, sicut alias, coagulatur. Quia ratione, pulli columbini, sine dubio in ediam pasi, sanguinem acetum non coagulasse, deprehendi, sed saltem nigredine infecisse.

(b) Confer Bon. Anat. *Pr. f. 838.* Boyl. *de sangu. Hum. Tit. III. p. 45. 46.*

(c) Aeger: hic 30. circiter anteriorum, extra tristis portam omnino sanus expatiatus, mense Augusto fuerat subito rheumate cum parvo horrore oppressus, quod cervicem axillamque infestabat, ita ut anginosam quoque respirationis difficultatem minaretur. Media ana bracchii dextri secta, sanguis hic, cum levamine missus, in utraque patina vesperum magnum coagulum exhibebat, juxta debitam tamen seri quantitatem; ita ut sanguis hic sua sponte ad coagulationem propenderet.

quidem spiritus salis Armeniaci vinosus (d) ægroti dicti sangvinem universum ita firmiter coagulabat, ut ne gutta liquoris, ne quidem de spiritu vini, conspiceretur. Haud secus essentia rosmarini, (parata cum spiritu vini, sale lixivioso adeo alcalisato, ut hunc ipsi gustui manifestius is exhiberet) dicti ægroti, bubulum, vitulinumque sangvinem æque coagulabat. Sed & simplex spiritus vini, haud rectificatus, ejusdem ægri sangvinem æque coagulabat, etiam quidem sangvinem pulli columbini atque gallinæ; verum coagula hæc duo non ita firma erant, neque per fibras in unam compagem contexta; sed fibrulæ separatae manebant, ita ut horum massa, effusa & exiccata, saltem pulverem (e) exiccatum crassiorem, quasi boli, referret. Qua ratione dicta sangvinis coagulatio, a spiritu salis Armeniaci vino non tam sali alcalino,

---

(d) Spiritus hic salis Armeniaci cum calce vivæ, atque Spiritu vini, & quidem utriusque majore proportione, quam solita, paratus erat.

(e) Eodem modo serum sangvinis, ex pede podagrico scarificatione misi, affusæ spiritus vini duæ tertiae præcipitabant, ut pariter coagulum non concreceret, sed similes tantum fibrulas exhiberet, quasi pulverulentas.

no, quam singulari spiritus vini texturæ, debetur. (f)

§. XXXVII. Naturæ humanæ coagulatio, sicut in statu naturali haud insolita est, pro syncrisi ossum, (a) carnium &c. ita eadem nec infrequens in statu præternaturali occurrit, ut Hippocrates

R 3

veris-

(f) Evidem sanguis quoque a frigore ob congelantes particulas sulphureas coagulationem patitur, quæ frequentissima caussa inflammationum, v.g pleuritidum & anginorum, hinc observatur; Sed sanguinis coagula, spiritu vini facta, etiam aquæ calidæ immissa, non liquefcebant.

(a) Siquidem, testantibus observationibus, ossa, cartilagine, carnes &c. in locis præternaturalibus, ad corporis læsionem subinde, deprehenduntur; quæ non tam *moralement naturæ prudentiam*, (cujus non esse potest, errare velle,) quam materialis mechanismi necessitatem, evincunt. Qua ratione *ossum exiguas particulas non ab omni locali motu immunes esse*, Boyl. hist. fluid. S. XXVIII. p. 75. per illorum incrementa demonstrat. Pro quorum syncrisi Barthol. Anat. Reform. I. IV. c. I. p. 694. particulas acidam (coagulantes) cum alcalinis volatilibus ac pinguitudine concurrere, arguit ex eo, quod ipsa ignem facile concipient, locoque ligni combu-

verissime doceat, (b) sangvinis coagulatione in plurimis morbis, neque minus in febribus acutis, ipsisque phrenitibus, (c) mortem vitæ finem imponere præmaturum. Quanquam vero crux omnis, etiam sanissimus, effusus (d) sponte, sine acidi præternaturalis, aut externi novi, violentia, concrescat; hujusmodi tamen concretio longe firmitate, aliisque qualitatibus ab illa differt coagulatione, qua sanguis, haud minus in corporis vivi venis, præter naturam, e. g. per animi deliquia & paroxysmos epilepticos, (e) consolidatus, ipsis oculis, vena secta, usurpat, ut hæc itaque novæ  
præ-

---

burantur. Quamobrem memini, a dysenteria suppressa, humoribusque acidis, ad sanguinem & synoviam repulsis, articulos ossis callis corruptos fuisse.

(b) *L. II. de morb. VIII. 16. Vol. II. p. 41.*

(c) *L. I. de morb. XXX. 13. 24. Vol. II. p. 35.*  
cum tamen Sydenhamius & Baglivus phrenitidem infallibilem crux dissoluti, & impossibilem coagulati foetum sibi persuadeant.

(d) Regerente *Salio* in Bon. *Anat. Pr. f. 684.*

(e) Secundum observationem *Willis. de morb.*  
con-

præternaturali ejusdam humoris facultati  
debeatur. Quam acidam esse, commu-  
niter & indubitate, utpote secundum Hip-  
pocratem, Galenum & evidentia experi-  
menta, loco regulæ ac veritatis æternæ,  
receptum fuit. Verum Baglivus (f)  
hanc, quasi speculationem & nugas inutiles,  
reprehendit, cum certum sit nonnulla  
alcalia solvendi vim habere, nonnulla  
alia coagulandi; hoc idem acida facere, ut  
gravissimi testentur autores; unde in re-  
bus tam dubiis non per speculationem, sed  
per experientię tentamina, lux aliquid veri-  
tatis sit eruenda.

§. XXXVIII. Verum enim vero mira-  
tu certe dignum est, acutum hunc Italum,  
tantæ præsumptionis, in proprias insignis  
& longe desideratissimæ logicæ suæ me-  
dicæ (qualis ejusdem praxis magis est) re-  
gulas in ipso portu adeo impingere. Si-  
quidem per hanc totam passim hoc firmis-

R 4 simum

*conv. c. V. p. 78. 81.* Quamvis autem, hanc  
coagulationem a membrorum jactationibus  
evenire idem contendat; aliud tamen Hip-  
pocr. *de morbo sacro VIII. 28. Vol. II. p. 334.*  
docet, animique deliquia confirmant.

(f) *Dissert. I. de Tarant. c. XII. p. 54.*

simum fundamentum ipse ponit, (a) sanguinis coagulationem ab acido fieri, & illam alcalina dissolvere; dicto autem loco deniq; ipse illud convellit, imo destruit, & nullis quidem contrariis rationibus impulsus. Primum enim, sicut quidem contra, neque gravissimi testantur autores, quos enim nominare debuisset, neque tentamina experientie, jam facta, (b) ostendunt, ab acido non fieri sanguinis coagulationem, neque ab alcalinis (c) dissolutionem. Quam facile ipsi fuisset per experimentum, in aliis canis vivi venas per syringem spiritum salis Armeniaci aut deliquium cinerum clavellatorum æque ac antea spiritum vitrioli acidum, immittendi

(a) Quemadmodum ipse *Diff. III. Exp. I. p. 103.* *Spiritu vitrioli acido, in vivi canis venas injecto*, demonstrat; in cuius corollario docet, facto analogismo talia metui posse in humano corpore ab illo spiritu acido, si prescribendus is foret; Cur non etiam, si talis humor acidus in corpore vivo peccet?

(b) Fracassati & Boylei jam superius citata.

(c) Velut tamen Fracassati experimentum, cum liquore tartari lixivioso tentatum, ostendit, recensente Bon. *Anat. Pract. f. 838.*

tendi antequam hanc speculationem , ne  
durius retorqueam , orbi medico tam in  
considerate obtrudisset. Deinde propo-  
sitionis universalis veritas , pro demon-  
stratione facienda , non simplicem con-  
versionem requirit , quasi omnia acida  
sangvinem non coagulent , quando non  
pariter omnia sangvinem coagulantia es-  
sent acida. Cum igitur Hippocrates , (d)  
tot observationes & quotidiana praxis me-  
racos acidos humores , sapore ac odore  
evidentissimos , in natura humana pecca-  
re , confirmet ; quamobrem illos , san-  
gvinem intrantes , eundem coagulare ,  
*speculatio* , quinimo *nugae inutiles* haberi  
possunt ? Evidem Spiritus vini etiam  
sangvinem (e) coagulat , qualis autem  
in corpore humano parcissime , nec com-  
pleta textura sua , habetur ; & quot ho-  
mines illum tanta copia , & quidem sine

R S noxa

(d) *L. II. de morb. LIII. 6. Vol. II. p. 79. in pul-  
monis erysipelate* ; quales vomitus acidos in  
aliarum partium erysipelatis quotidianamente  
quoque praxis docet. Ut ipse Bagliv. *Prax.  
l. II. c. IX. S. III. §. III. IV. p. 221.* tradit , &  
exinde firmissime concludi , docet.

(e) Quod gravissimum ejusdem offendicu-  
lum esse videtur , sicut in *Diss. III. Exp. III.*

noxa (f) bibunt? ut non in ipso ventri-  
culo, humoribus aquosis confusus vino-  
sam seu ardente suam texturam rur-  
sus exuat. Humores lixiviosos autem &  
urinosos meracos, sicut quidem acidos,  
in corpore humano peccasse, nullæ un-  
quam observationes evincunt.

§. XXXIX. Ab hac igitur sanguinis co-  
agulatione universalis (a) occidente, seu  
ad ipsam tendente dispositione, ac pu-  
tredinoso motu, porro Hippocrate (b)  
docente, febres acutæ oriuntur, earun-  
dem symptomatibus (c) liquido argu-  
enti-

---

*corollario* ianuit; verum ipso l. I. c. XII. §.  
V. p. 104. inculcante, *hypothesis est observa-*  
*tioni strictius adjungenda.*

(f) Aliquoties potius ab hujus spiritus imma-  
derato potu paroxysmos epilepticos mor-  
bumque hunc chronicum, observare licuit.  
(a) Ut cum Bagl. *Diss. I. de Tarant.* c. X. p.  
41. sanguinis coagulationem febrilem ab in-  
flammatoria, tanquam particulari, commo-  
dissime distingvam.

(b) *L. II. de diat. XLV. 17. Vol. I. p. 238.* Se-  
cundum quem quando compactum ( $\tau\delta \xi\upsilon\epsilon\gamma\eta\varsigma$ ) calescens attenuatur, & per sudorem  
calidum foras extruditur, febris remittit, &  
lassitudo sedatur, maxime. III. die.

(c) Siquidem Baglivo *l. II. Prax. c. X. §. VII.*

entibus. Sicut etiam eandem febricitantium sanguis, tam vena secta emissus, (d) quam in venis cadaverum deprehensus (e) ad

p. 240. c. IX. §. XI p. 231. præmonstrante, a symptomatibus gravioribus utpote morbi genium aperte ostendentibus, & indicationes curative, & caussæ morborum proximæ, petantur. Jam in febribus acutis illa omnia symptomata occurunt, quæ coagulationem sanguinis significare, idem Diff. I. de Tarant. c. VII. p. 25. c. VIII. p. 31. c. XII. p. 52. 54. Diff. II. de vesic. c. III. p. 79. docet; quibus bubes, erysipelata, carbunculi, gangrenæque addi possunt. Etenim notatu dignum est, a sanguinis coagulatione horrares provenire, cum quibus febres incipiunt; eidemque pariter perfrigerationes deberi, cum quibus, comitantibus etiam deliriis, febres perniciose finiuntur.

(d) Testantibus observationibus Diemerbr. de febr. Obs. III. p. 567. Obs. XXIV. p. 605. XXV. p. 607. XXVI. p. 609. S. Pauli Digr. de febribus malignis §. 80. Bon. Anat Pr. f. 1673. Rivier. Prax. I. XVII. S. II. c. I. f. 509. Holler. Bon. A. Pr. f. 1445. Ballon. ib. f. 1468. item f. 968. 1506. Talemque in viro plurimum reverendo, ex erysipelate pestilenti defuncto, (cujus in defensione auri fulminantis mentionem feci,) videre licuit, cum is die VI. parsusque die IX. mortis, imperito collega sic

(e) ad oculum demonstrat. Quamobrem morbi acuti sudoribus criticis etiam in ipsarum principiis (f) judicantur & curantur, qui per sudorifera & maxime salia vola-

sic mihi obtrectante, 'venis raninis' apertis, emitteretur. Præterea non solum in pleuritidibus, sed etiam variolis, febribus petechialibus & pestilentibus alba pellicula sanguinis missi, ejusdem coagulationem testatur, corroborantibus Bagl. *Prax. I. I. c. IX. S. IV. p. 63.* Sydenh. *de morb. acut. S. III. c. II. p. 214. S. II. c. II. p. 214. 150.* Uradisl- bift. *morb. p. 9.*

(e) Etiam cum variolis & deliriis defunctorum cadaveribus secundum observationes in Bon. *Anat. Pr. f. 1449. 1506. 1508. 1509. 1673. 1678. 673. 684.* Præsertim vero in febribus leipyriis defunctorum, *venis sanguis instar medullarum sambucinarum concretus* fuit deprehensus & hinc *extractus*.

(f) Evidem Bagl. *Pr. I. II. c. X. §. VI. p. 240.* *natura duce nunquam vidit crises, in principiis acutarum salutares*, quod secundum Hippocratem, non in *Coacis*, sed *I. II. Epid. S. I. 33. Vol. I. p. 686.* *Quæ judicant, non statim apparent.* Sed, salva autoritate, ut candide scribere liceat, Baglivus tum cum bono Homero dormitasse videtur. Siquidem Hippocrates clarius aliam mentem suam declarat *S. IV. apl. XXXVI. Vol. I. p. 85.*

volatilia (g) potius promoteantur, quam  
acidis (h) nitroque crudo reprimantur &  
inhi-

*de Judic. III. 2. p. 439. IV. 13. p. 441. l. I. Epid.  
S. III. 39. p. 672.* quod nimirum sudores cri-  
tici boni etiam in principio, scilicet I. III.  
& V. diebus, fluant; sicut etiam ejusdem  
ægroti confirmant *LIII. Epid. S. III. Aegr. VI. p.  
734. Pericles. Aegr. XI. p. 738. Mulier moro-  
sa. l. V. Epid. XXVII. 2. p. 789. Timochares.*  
(g) Quando igitur Baglivo *Prax. l. I. c. IX. S.  
IV. p. 62.* inculcante *naturæ moribus per op-  
portuna remedia est obsequendum*, pariter  
*Hippocrate de Humor. III. 48. 66. 68. Vol. I.  
p. 318. & de arte XXII. 1. 6. 9. p. 13.* corroborante;  
potius inverso Baglivi argumento *l.  
I. Pr. c. XIII. §. IV. p. 255.* concludere lice-  
bit, si *natura non nunquam in febrium prin-  
cipiis sudores movet, multo magis ars, ejus-  
dem ministra & interpres, per oportunare  
remedia eos demetiam tum tentabit.* Quamob-  
rem Uratiskav. *bist. morb. p. 8.* merito lau-  
dant, *nil verius esse illo P. a Castro: Inter-  
pessima febris petechialis* (aliasve malignæ)  
*auguria & illud ponit, a principio remedia fui-  
se neglecta.* Quæ mihi quoque multijuga  
experientia confirmavit, ita ut sèpius uno  
sudorifero, a prima febris invasione, aut  
die saltem primo, exhibito, tota febris, eti-  
am petechialis, fuerit aversa.

(h) *Quidam enim medici, Baglivo Pr. l. II. c.  
XI.*

inhibeantur. Siquidem secundum Syl-  
vium (i) in febribus acutis extrema frige-  
re, sudorifera & salia volatilia prodeesse;  
nihilominus sanguinem non coagulatione,  
sed potius rarefactione seu dissolutione in  
iisdem peccare, hullo modo (k) cohæ-  
ret. Multo adhuc minus sibi consonat;  
(l) omnes febres acutas salubriter, tantum  
sudoribus terminari, nihilominus easdem  
non

---

XI. §. VII. p. 248. & c. XII. §. IV. p. 254 ex-  
probrante, non erubescunt ab ea natura cri-  
sin expectare, quam methodo tam contraria  
vehementer perturbarunt, acidorum scilicet;  
quæ, utpote refrigerantia, ipso L. I. Prax. c.  
XIII. §. VI. p. 122. confitente, crises impe-  
diunt.

(i) L. I. Prax. c. XXXIII. p. 6. II. 13. p. 564.

(k) Per circulum scilicet philosophicum. Hip-  
pocrates enim Praecept. II. 28. Vol. I. p. 61. non  
gratis in medicina τὸ εἰς ταῦτα ξύναγονται,  
consonantiam in eadem recurrentem, incul-  
cat; sine qua ut in omni scientia, sic quo-  
que in medicina, nulla veritas, nec theore-  
tica, nec practica, consistere valet.

(l) Hac enim ratione potius jejonus ille Do-  
ctor physice moralis in epistola sua, plus  
sapiendo monstrat, quantum desipiat, dum  
minime naturæ ductum legitimum, velut cyno-  
suram, in adornandis congruis regiminibus,  
sequi-

non, hos promoventibus, alcalinis & sudoriferis, sed magis inhibentibus, acidis, clystis v.g. antimonii optime curari.

§. XL. Baglivus (a) equidem in febribus

sequitur, sed ejus vigilantiam magistrat; non ille, quem horum arguit, quod is, animi deliquis & perfrigerationibus fermentibus, docente Hippocrate de arte XXII. p. Vol. I. p. 13. invenit tales potionis (ex alcalibus volatilibus,) que calidiores aliis calefacentibus existentes, humores coagulatos eliquant, & sudores criticos profluere faciunt, qui sane non profluxissent, nisi hoc modo illi ægri tractati fuissent. Quando igitur, ipso Baglivo L. I. Prax. c. XIII. §. VI. p. 120. arbitrante, in febribus variolosis, petechialibus morbillosis a centro ad corporis habitum humor noxius pellendus est, hinc ante expulsionem respiratio laboriosa est, & ingentes praecordiorum anxietates adsunt, quæ, facta expulsione, demum remittunt; magistra certe saponaria, ellebori s. q. addita, magistrandum est caput illius male fundati magistri, qui febrium exanthematicarum praecordiales anxietates nitrosis aut acidulatis potibus exacerbat, neutiquam componit.

(a) L. I. Prax. c. IX. S. II. p. 58. l. II c. IX. S. III. §. IV. V. p. 222. Quam hypothesin quoque fovet Sylv. Prax. L. I. c. XIX. 7. p. 224. Confer B. Ettmüll. Colleg. Praet. c. VII. fol. 377.

bribus acutis ut plurimum, magis autem in earundem principiis, (b) *sanguinis potius dissolutionem* seu rarefactionem, rarissime vero coagulationem, (c) peccare, observationibus (d) practicis & anatomicis tuerur. Quamobrem is sudorifera, (e) maxime vero in principiis, ut noxia, prohibet, iis autem acida præfert, quæ *calor in acutis longe major*, (f) quam in febri-

---

(b) *L. Prax. c. XIII. § VI. p. 122.*

(c) Quam quidem, utpote tam evidentem, cautior magistro suo Sydenhamio, omnino negare noluit *L. II. Prax. c. XII. §. IV. p. 255.* imo eandem passim in praxi, magis autem *Diff. I. de Tarant.* ipse docet; *rarisimam* tamen illam esse, *L. I. Pr. c. V. §. IX. p. 26.* regerit.

(d) *L. II. Prax. c. IX. S. III. §. IV. p. 223.* Quibus pollicem premit *S. Pauli de febr. mal. §. 2. & p. 14. §. 21.* Confer Ettmüll. *Coll. Pract. c. VII. f. 379.* Wedel. *amoen. L. II. S. II. c. III. p. 329.* Ragg. & Mengotius *Ephemerid. Germ. Ann. VII. Obs. CCIII. p. 300.* Sylv. *Prax. L. I. c. XXXII 6. p. 564.* Graaf. *de succo pancr. c. VIII. p. 129.*

(e) *L. I. Prax. c. V. §. IX. p. 25. c. XIII. §. VI. p. 120. c. IX. §. II. p. 56. c. XII. §. II. p. 101. L. II. c. XI. §. V. VI. p. 247.*

(f) *L. I. Pr. c. XIII. §. I. p. 112.* item *L. II. c. X. §. VI. p. 240. & c. XII. §. IV. p. 254.*

*febribus intermittentibus, potissimum requirat. Siquidem (g) febrium crises solitus naturæ opus sint, quas hinc in rusticis, sine medicamentis convalescentibus, jucundo spectaculo potius observare liceret, cum eadem a medicamentis, maxime diaphoreticis, contra magis turbarentur & impeditarentur. Quanquam idem (h) simul admittit, hæc magis locum habere in regionibus Italiæ calidoribus, quam frigidoribus plagis septentrionalibus, velut etiam Germaniæ; in quibus indulgendum esse monet, aliquantis per medicamentis calidioribus, quibus natura velut exhilarata, tantum in humoribus excitet febrilem motum, quantus, ad crises perfectas & depurationem absolvendam, requiratur.*

§. XLI. Verum observationibus illis, aut rarioribus, minusve concludentibus, (a) aut fere suspectis, minusque curiosis,

S

(b)

---

(g) *L. II. Prax. C. IX. S. III. §. VI. VII. p. 224. 225.*

(h) *L. II. Prax. C. XII. §. I. II. p. 252. 253. V. p. 256. 257. C. XI. p. 247.* Qua ratione Baglivo, secundum praxin suam Italiæ scribenti, hæc quodammodo facilius concedenda sunt, sed vix eadem de praxi nostræ Germaniæ assertibus.

(a) *Illarium febrium, in quibus metus febrilis,*

(b) aliorum communiōres & evidentiores (\*) præponderentur ; præsertim cum sangvis , in principiis quorundā febricitantium missus , coagulationis suæ incipientis præjudiciis maxime captos oculos non semper evidentissime convincere possit ; nec sangvis , (c) fibrarum inops , coagu-

lati-

instar evacuationum criticarum , rarius certe in plagiis nostris septentrionalibus Germaniae , excedit ; sed rara non sunt artis , monente Sydenhamio de morb. acut. in prefat.

(b) Cum enim duæ contradictoriæ propositiones non possint esse simul veræ , in medicina , experientiis , seu earundem testimoniis sibi contradicentibus , consultum est , eadem secundum cautelas examinare atque sedulo conferre , quibus III. Strykius *de jure sensuum* variantium testium asserta ponderare docet . Secundum quas v. g. Sylvii & Graafii testimoniis de sanguine , vena secta in peste misso & rarefacto , præferendum est Sydenhamii , potius ejusdem coagulationem testantis , per crassam pelliculam , quæ illum , haud securus ac in pleuritide , obdueit ; cum hic in peste pro communi methodo sua , sanguinem semper miserit ; illi contra secundum propria dogmata in peste venæ sectionem audere non potuerint .

(\*) superius scilicet §. XXXIX. allatæ .

(c) Aut ob inediam , sicut observatio in Bon.

lationem ab acido, præsente tamen & peccante, accipiat. Divinæ autem seu naturali necessitat[i] & æternarum veritatum naturæ, (d) quarum fundamento tamen medicina nititur, repugnat, eundem morbum, & haud secus acutum; iisdem symptomatibus signisque stipatum, a contrariis penitus causis, (e) quales sanguinis coagulatio & dissolutio sunt, pendere; multoque magis, ut ejusdem febricitantis morbus, ob gradus tantum differentes, (f) in principio dissolutionis caussam, coagulationi tamen penitus contrarium, & hanc tamen in statu agnoscat. Verisimilius profecto est, unius morbi caussam quoque gradibus, non ipsa specie contra-

S. 2 biggo sup. ria,

*Anat. Pr. f. 109.* declarare videtur, aut ob ipsius putredinis violentiam, quam prætendit Diermerbroc. de febr. Obs. XXIV. p. 605. Ettmull. Colleg. Pract. S. XVII. C. VII. f. 379.

(d) Ipso tamen Baglivo L. I. Prax. C. II. §. VII. p. 8. L. II. C. I. p. 153. C. XII. §. II. p. 253. admittente.

(e) Haud secus ac si quis contenderet, aquam æque a calore, ac a frigore, conglaciari.

(f) Quæ enim gradibus differunt, speciem non variant, nec natura saltum patitur; alias febricitantes medio morbi, tum dissolutione a coagulatione moderata, non ægrotarent.

ria, differre, ut per febres in principio co-agulatio minor, majorque in statu peccet, item pro hac majore, quædam (g) malignæ dicantur. Febrium acutarum vero calorem majorem<sup>1</sup>, (h) intermittentum vero minorem esse, haud secus, ac quæ de rusticis, semper sine medicamentis ex febribus convalescentibus, afferuntur, a præxīn, medicis duntaxat honoratiorum solennem, ostendunt. Siquidem æque rusticos ex febribus acutis, magisque omis-sis medicamentis mori, quotidiana me confirmavit experientia, majoris ponde-ris ex ea ratione quod in contemtum, ri-diculum quidem, mihi exprobretur, quod practicus haud duntaxat honoratiorum, sed æque oppidanorum, imo rusticorum, fuerim. Quod vero crises a medicamen-tis

---

(g) Quo sensu malignitas ab Hippocrate accipi-tur *Coac. l. 19. Vol. I. p. 523. 179. p. 531. 209.*  
*p. 533.*

(h) Etenim de acutis accipiendum est illud Hel-mont. *de febr. C. XII. 8. p. 773. Lethales ac pessimas febres vix calere.* Hinc, monente Hippocrate, *Coac. II. 137. Vol. I. p. 542. Qui febres, ad tactum non adurentes, habent, pbrenitici sunt;* velut confirmat *L. III. Epid. S. III. Aegr. XV. p. 741. De alcis uxor.* Con-fer *Wædel. amæn. med. L. II. S. II. C. II. p. 329.*

tis quibusdam (i) turbentur & impedian-  
tur, hincque difficilior ægrorum qualium-  
cunque convalescentia sequatur, malam  
methodum medendi, & quidem ipsorum,  
hæc per propriam experientiam afferenti-  
um, arguit, corrigendam igitur secun-  
dum aliorum rectiorem, a qua magis con-  
trarium observatur.

§. XLII. Eodem falso præjudicio se-  
ductus, Baglivus (a) Scretam male repre-  
hendit, quod *is diaphoretica & aperientia*  
(b) *in febribus quoque hecticis prescribat*.  
Utpote in quibus Baglivus (c) quidem *san-*  
*guinem rutilantem & difficulter coagulabi-*  
*lem esse*, contendit, sed minus suspectæ

S 3 ob-

& ipsum Sydenh. de morb. acut. S. V. C. V.

p. 367.

(i) v. g. acido clyso antimoniī, aliisque *refri-*  
*gerantibus*; quæ, ipso Baglivo confidente,  
*crises*, & hinc convalescentiam, *impediunt*.

(a) L. II. Prax. C. III. §. VI. p. 168.

(b) Cum tamen Boyl. de sangu. Hum. P. IV. Tit.  
XVI. p. 66. testetur, primariam (honoratio-  
rem utique) juniores feminam ab hereditaria  
*hectica*, febre phthisique cum obstinata tussi,  
viribus plane detritis, solo spiritu sanguinis  
humani curatam fuisse.

(c) C. IX. S. III. §. IV. p. 222.

observationes, (d)eundem maxime coagulatum fuisse, testantur, & ab hoc etiam in iisdem succi nutritii a sudoribus nimiis, diabete ac diarrhoea subtractio, profluit; item hinc obstructions inferuntur, in va- sis lacteis & lymphaticis, succi nutritii aditum ad sanguinem habitumque corporis præcludentes. Quando enim hectica ex humiditatis duntaxat defectu penderet, eadem facillime largiori potu curaretur. Sed quam illa in mediis quasi undis emergat, hydrops ascites ob oculos ponit; in quo summa superioris corporis atrophia & contabescientia concurrit, febrisque hectica ut plurimum tandem jungitur. Præsertim vero consideratu dignum est, febrim hecticam non esse peculiarem morbum

---

(d) Confer Galeni *comment. in L. III. Epid. 6.*  
*Tit. XXIX. Bonet. Anat. Pract. f. 184. 564.*  
*591. 604. 1413. 1673* Qua etiam ratione Hippocr. *L. I. Epid. S. I. 38. Vol. I. p. 655. & L. III.*  
*Epid. S. III. 125. p. 727.* de hecticis suis, quos ille *tabidos* nominat, per duas integras constitutiones testatur, quod ipsis fuerint *frigiditates extremorum, vix recalescentes, urinæ tenues aquæ, quarum certe neutra sanguinem rutilantem & difficulter coagulabilem,* sed ambæ potius contrarium, significant.

bum, speciemque febrilem, (e) peculiares indicationes methodumque sibi vendicantem, sed potius aliorum morborum chronicorum effectum & symptomata, regulis morbi sui primarii (f) subjectum.

§. XLIII. A sanguinis particulari coagulatione, (a) Hippocrate docente, rheumata inflammateria cum doloribus, (b)

S 4 angi-

(e) Secundum Wedel. aman. med. L. II. S. II.

C. VI. p. 348.

(f) Quamobrem idem Bagliv. Pr. L. I. C. XIIH. §. VI. p. 119! docet, febrim hecticam Gallicorum, quamvis desperata videatur, facilissime tamen tolli, ablato luis Gallica seminio per specifica, eidem opportuna. Eadem ratione hectici ex quartana febrifugis curandi sunt, quos nullo modo recreabit, si lac copiosum eisdem ingeratur, pro humiditate nutritia restituenda. Eadem ratione non solum humitas deest, quando, testante Hippocrate L. III. de diæt. XXI. 3. Vol. I. p. 254 a fermento ventriculi acidiore ac corrosivo, juxta eructationes acidæ caro colliquatur, ut copiosius intus manens (acidum) alimento contrarium sit, dum ipsum violat, acidumque facit; cuiusmodi hecticæ haud raro occurunt.

(a) Secundum distinctionem Baglivi Diff. I. de Tarant. C. X. p. 41.

(b) De locis in homine XLV. ii. Vol. I. p. 390. Sanguis cum morbum facit, dolorem exhibet,

anginæ, (c) pulmonumque inflammatio-  
nes (d) oriuntur, ipsa autopsia (e) confir-  
mante. Quorum coagulationibus, ex-  
treme ingraescentibus, gangrena succe-  
dit. Non accurate igitur Baglivus inflam-  
mationes, quasi a sanguinis exiccatione,  
serique imminutione, (f) per coagulatio-  
nem spuriam provenientes, a diaphoretici-  
orum, saliumque volatilium (g) usu me-  
tuit;

---

*pituita vero ut plurimum gravitatem.* Hinc  
dolor, ad duriorem attactum, partem quan-  
dam afficiens, visceris inflammationem si-  
gnificare, omnemque inflammationem dolor  
comitari solet.

(c) *ibid. XLII. 1. Vol. I. p. 388. de viçt. acut.*  
*XXXIX. 2. Vol. II. p. 300.*

(d) *de int. affect. IV. 3. Vol. II. p. 201. In pneumo-*  
*nia sanguis in pulmone coactus & compactus*  
*est, & ab hoc sunt tuberculæ seu inflamma-*  
*tiones.*

(e) Confer Bonet. *Anat. Præt. f. 382. 968. Wil-*  
*lis. de febr. C. XI. p. 193.* Ut igitur nullo modo  
secundum Bagliv. *Prax. L. II. C. IX. S. III. §.*  
*IV. p. 222. in his inflammationibus sanguinis*  
*dissolutio & fermentatio compescenda, peccet.*  
(f) *L. I. Prax. C. IV. §. VI. p. 30.* aliud tamen  
docente Hippocrate *de vet. med. XXXIII. 15.*  
*Vol. I. p. 33.*

(g) *L. I. Prax. C. V. §. IX. p. 25. C. IX. S. I. p.*  
*54. S. IV. p. 62. C. XIII. §. I. p. 113.*

tuit; a quo ipso potius, tam interno, quam  
externo, ipsæ solvuntur & removentur.  
His maxime affinis est arthritis, quæ, ma-  
nuducente pariter Hippocrate, (h) coagu-  
lationi, ab acore, primum sanguinem ingre-  
so, debetur. Exinde hæc a febre (i) initi-  
um suum ducere solet, instar abscessus ju-  
dicatorii & erysipelatis, atque non erum-  
pens aut recurrens, (k) tanta mala mina-  
tur. Acore autem profundius ad ipsam  
synoviam (l) penetrante, ipsamque coa-

S 5 gulan-

(h) de affect. XXX. 9. Vol. II. p. 179 XXXI. 10. p.  
180. de int. affect. LIV. 4. p. 263. LIX. 1.  
p. 266.

(i) secundum Hippocr. de judic. VI. 8. 12. Vol.  
I. p. 436. de affect. LIV. 13. Vol. II. p. 263. Hel-  
montio tr. volupe viventium morbus 14. p. 314.  
per putredinem explicante. Quæ sane Wil-  
lis. de anima brut. P. II. C. XIV. p. 507. contra  
quotidianam praxin negat.

(k) Monente Baglivo Prax. L. II. C. VI. §. VII.  
p. 189. & IX. p. 192. C. VII. §. I. p. 194. II. p. 195.  
Ut non ob podagram, sed quod materia non ad  
articulos defluat, moriantur ægri. Quapro-  
pter idem non ita bene in arthritide diapho-  
retica, utpote expellentia, timet.

(l) Quæ est ille mucus, qui secundum Hippocr.  
de locis in homine XIV. 6. Vol. I. p. 370. omnibus  
articulis a natura inest, & cum hic purus fu-

gulante, tophi generantur, (m) articulos corruptentes; hinc vina (n) maxime incusantur. Quamobrem in arthriticis rheumatibus purgantia & amara quidem præservationis ergo maxime sunt utilia; sed in ipsis paroxysmis diaphoretica, maximeque salia volatilia præferantur, quæ quantum coagula resolvendo valeant, vel usu externo testantur.

§. XLIV. Præsertim vero natura humana calculi coagulationem ostendit, quæ quidem in pluribus corporis humani partibus, in vasibus tamen Ulinariis, tam in renibus, quam vesica, frequentissime observatur. Calculos autem non in instantigenerrari,

---

erit, articuli sani sunt & bene moveri possunt, ut pote inter seipso lubrici.

(m) Declarante Helmontio l.c.

(n) Quæ, ut cum Helmont. l.c. loquar, parum vini, multum aceti, continent. Nihilominus hæc tantum de crapula & intemperanti usum vini accipienda sunt, hinc Helmontius tantum *vina, largius hausta*, incusat. Siquidem me praxis confirmavit, parcum vini usum in ipsis podagræ paroxysmis haud nocuisse. Notatu autem dignum est, Naumburgi, juxta familiarissimum vini, quod ibideum colitur, usum, & haud raro abusum, arthritidem esse rarissimam.

rari, docet Hippocrates, (a) secus ac Helmontius, (b) per falsam analogiam offæ suæ sed calculo (c) haud quadrantis, delusus. Melius autem illorum coagulatio per analogiam tartari, (d) aut calcarii cémenti  
 (e)

(a) *de aërib. &c. XXIII. Vol. I. p. 341. de int. affect. XV. 12. Vol. II. p. 215.*

(b) *de lithiasi C. III. 39. 40. p. 676.*

(c) Etenim offæ ipsius non coagulatur, nisi ex duobus rectificatissimis spiritibus tam vini, quam urinæ, cuiusmodi pro calculo in vivi corporis vasis urinariis nullo modo haberi possunt. (2) Offæ illa in loco frigido tantum congelascit, calculus in renum viscere calido, imo in urina calida vesicæ. (3) Offæ in loco calido facile liquescit, calculus vero difficillime, nulloque modo durior, imo magis induratur.

(d) Hanc equidem Helm. *de lithiasi* copiose impugnat, quod tartarus in aqua calida solvatur, si scilicet, docente Zwelf. *pharm. Aug. f. 462.* affusa simplici aqua, calore intensiori, per horam integrum coquatur; calculus vero, etiam renalis, minus, sicut me propria experimenta, sed per minorem & breviorem calorem, certiorem fecerunt. Nihilominus secundum hanc tartari analogiam, aquæ simplicis etiam fontanæ potus, laudante Baglivo *Prax. l. I. C. X. S. XII. p. 82. 83.* calculos, nondum satis induratos, emollit, liquefacit, e-

(e) explicatur. Etenim hujus etiam coalescentia non per calcinationem, neq; propter saxeam naturam, secundum Helmontium (f) evenit ; sed quatenus ejusdem contraria salia, scilicet acidum & alcalinum, coëuntia conjunctas particulas terrestres & sulphureas simul in consortium coagulationis trahunt. Cujusmodi coagulatio in caseo, lutis tamen aquaticis inserviente, sine calcinatione pariter observatur. Est autem calculi, sicut tophorum podagricorum coagulator (g) non alcalinus secundum inanes Helmontii (h) argutias ; sed acidus. (i)

## §. XLV.

ducitque ; haud secus ac potus herbæ thee a Tulpio L. IV. Obs. Cap. LX. p. 380. hoc usu quoque prædicatur.

(e) Præsertim nobilioris cujusdam, per ipsas undas indurescens & durantis, ex gypso & alabastro ustis, de quibus Boyl. *bif. firm. S. XXXVIII. p. 110. S. XXXIX. XL. p. III. S. LXIX. p. 138.* videre licet.

(f) *de lithiasi C. III. 9. p. 669.* siquidem ex conchis ostrearum & cochlearum, non saxeis, per calcinationem simile cæmentum obtinetur.

(g) Licet Helmont. *l. c. 14. p. 670.* contradicit.

(h) *Ibid. 13. p. 670. C. IV. 30. p. 681. C. V. 20. p. 687.*

(i) Sicut in primis urina evincit aquea, seu

§. XLV. Quemadmodum vero syncrisi diacrisis, ita coagulationi solutio respondeat, eo diligentius expendenda, quod, præsertim in naturæ humanæ mechanismo, non tam coagulationi, quam coagulatorum solutioni, opera sit navanda. Siquidem solutione vinculum soliditatis & conexio texturæ coagulatæ rursus a menstruo quodam dissolvitur, ut concreti atomi non amplius cohæreant; sed illud diffingatur & discerpatur in has, sæpius tam minimas, quam quæ in poros menstruorum, salva horum pelluciditate, absorberi, & in iis contineri, valent. Per ipsos autem solutionis

*splendida ad seri similitudinem, quam calculos mingere, Hippocr. de aëribus l. c. docet;* confirmante Willif. de urinis C. IV. p. 347. Pharm. Rat. Part. I. S. IV. C. III. pag. 165. Loff. L. III. Obs. LII. p. 300. imo confidente ipso Helmontio de lith. C. VI 3. p. 688. 689. Præterea calculosi fiunt podagrici & icterici, & eodem Helmontio C. IV. 21. p. 680. admitente, *calculi remedium a priori est, fellis fermentum confortasse*, alcalinis, non certe acidis. Morbi vero commutantes eandem, non contrariam, qualitatem humorum, tanquam causam proximam, agnoscent, præclare demonstrante Baglivo Prax. L. II. S. III. C. IX. §. IX. p. 228.

tionis & diacriseos actus nova subinde diversarum partium syncrisis seu coagulatio  
 (a) evenit, dum secundum axioma chymicum, (b) dissolvens eadem opera coagulatur,  
 qua dissolutum dissolvit, sicut evidentissime  
 in solutionibus acidorum apparet ; quæ,  
 dum quasi menstrua, in alia agunt, acies  
 suas quasi cuneorum altius in solutorum  
 poros infigunt, & in vaginas quasi recon-  
 dunt ; hinc acidum eorum acumen no-  
 tabiliter obtunditur, ita (c) ut saepius igne  
 forti etiam a solutis suis rursus avelli ne-  
 queant ; sicut in solutionibus corallorum,  
 oculorum cancrorum, & similibus obser-  
 vare licet ; cum e contrario a martialibus  
 v. g. in vitriolo, menstruum acidum per  
 ignem recuperetur. Velut autem omnis  
 diacrisis, sic etiam solutio, motu (d) maxi-  
 me perficitur, ut hinc digestio, fermenta-  
 tio, quinimo agitatio nuda externa, plu-  
 ri

- 
- (a) Confer Bohn. *Diff. Chym.* II. 31. p. 32. de aë-  
 ris influxu C II. p. 261.  
 (b) Monente Helm. *de febr. C. XV.* 19. p. 779. &  
*imago fermenti* 26. p. 94. Zwelf. *Pharm. Aug.*  
*f. 19. 291. 292.*  
 (c) Confer Bohn. *Diff. Chym. VI.* 16. p. 94. 29.  
*p. 101.*  
 (d) Secundum eundem *Diff. I.* 22. p. 12. V. 22.  
*p. 27. VI. 7. p. 89. 21. p. 99.* Qui motus multis

rimum ad solutionem, citius aut magis perficiendam, conferant. Exinde fluores (e) eidem sunt aptissimi, liquorque solvens quem menstruum chymici vocare solent, pro illa fere postulari solet.

§. XLVI. Cum vero menstruorum energia non solum motu, sicut aquæ simplicis, (a) sed etiam diversa juxtim configuratione, pro solutionibus perficiendis, operetur, hinc diversa concreta, pro variatione texturarum & pororum, tantum a diversis (b) & convenientibus (c) sibique peculia-  
ribus,

tamen modis rursus variare potest & debet, eodem declarante *ibid. 19 p. 96.*

(e) Eodem *ibidem VI. 3. p. 88.* demonstrante, idem Wedel. *Pharm. L. I. S. II. C. I. p. 10.*

(a) Confer Bohn. *Diff. Chym. V. 13. p. 79.* Wedel. *Pharm. L. I. S. II. C. I. p. 10. I. II. S. II. C. VII. p. 124. S. VI. C. II. p. 220.* Boyl. *hist. fluid. S. XXI. p. 60. de gemm. p. 49.*

(b) Quædam enim menstrua sunt aquæ, quædam sulphurea, quædam salina, & hæc rursus vel acida, vel alcalina, aut volatilia aut fixa, vel utrorumque texturæ involventia, acido-falsa. Ex quibus rursus decomponuntur sulphureo-salina; cuiusmodi sunt spiritus vini, tinctus a tartari, balsamus Samech, offa Helmontiana &c.

(c) Quandoquidem, docente Boyl. *de prod. princ. chym. P. IV. p. 61.* Corporum solutio non

ribus, menstruis solvuntur. V. g. alcalia magis sulphura solvunt, seu concreta sulphurea ab acidis coagulata, acida contra sulphurea intacta relinquunt, magisque concreta solvunt, ex salinis alcalinis & terreis particulis texturam suam habentia. Quanquam quædam hujusmodi, ob de-compositam sine dubio texturam, & plures sulphureas particulas intertextas, alcalina lixiviosa (d) pariter solvunt. Notatu vero dignum est, *menstrua*, (e) nimium potentia, ob excedentem corrosivitatem, non aequa, quam temperata, hoc vel illud concre-

tum

*tum*  
tam a presumta cognatione inter solvens & corpus, aut ab identitate & similitudine substantie; quam a congruitate, quoad molem & figuram inter prioris corpuscula & posterioris poros dependet. Siquidem secundum Bohn. *Diss. Chym.* VI. 9. p. 90. quoniam in rerum natura nullam concipi re licet penetratorem dimensionum, adeoque nec aquæ Regis in aurum, nec aliis solventibus in alia concreta, nisi per poros, aditus concedatur, quo substantie illorum nexus dissolvant.

(d) Velut de cornibus & unguis docet Bohn. *Diss. Chym.* VI. 26. p. 101. XII 8. p. 188. non ita bene acidis & fere melius alcalinis, solvi.

(e) Confer eundem ib. VI. 8. p. 89. Boyl. despe-  
cif. p. 12.

*tum solvere*; aut, quando solvunt, non tam blande texturam recludere, quam violenter penitus invertere & destruere. Quamobrem, velut in nobilioribus menstruis, (f) salia utraque (g) varie conjunguntur, imo sulphureis adhuc temperantur, ut eorundem aculei, multum invicem reconditi, non adeo altas plagas infligere possint; nihilominus utraque figura, quasi ambi-dextra menstrua, si non omnia, plura tamen concreta simul, sine violentia recludant. Plurimum etiam pro varia menstruorum energia diversa magnitudo confert, qua menstruorum atomi vel satis parvae & subtile (h) sunt, ut minimos porulos cuneorum instar intrare possint; vel nimis subtile, ut laxiores texturas nequeant dis-

T solve-

---

(f) Cujusmodi describit Boyl. *de orig. form. Exp. IV. p. 232. de gemm. p. 35. de util. phil. exper. P. II. Eff. V. Chap. VIII. p. 195.* Qualem quoque indolem spiritus sui Mercurii Bas. Valent. *Nov. Test. P. III. p. 201.* indigitat. Pariter offa Helmontiana & balsamus Samech nobilia suggerunt menstrua, praesertim aliis si addantur.

(g) Ut fiant acido-salsa, quæ pro menstruis laudat Bohn. *Diff. Chym. VI. 31. p. 101.*

(h) Qua ratione hydrargyrum non solum metalla ipsumque aurum corrodit, sed etiam

solvere ; qua enim ratione unum acidum hoc vel illud concretum solvit, quod alterum intactum relinquit. Quapropter etiam quædam menstrua hujus vel illius concreti non integrum compagem, sed saltem aliquas ejus partes, respondentis texturæ, reliquis intactis, solvunt. Cujusmodi particulares solutiones, ut ab integris, & communiter sic dictis, solutionibus distinguantur, extractiones (i) appellantur.

§. XLVII. Solutionis hoc mechanismo  
(a) ven-

ossa eorumque callos solvit, & menstrua quædam insipida, sine dubio propter atomorum subtilitatem talia, laudantur a chymicis, docente Bohn. *ib. 21. p. 98.*

(i) Hinc Zwelf. *in Pharm. Aug. f. 437. 439.* vulgares metallorum & corallorum tincturas, sic dictas, castigat, cum eadem tamen simplices saltem sint solutiones. Veræ contra extractiones sunt, quas Boyl. *de gemm. p. 34.* profert ; item, quando alcalibus ex cinabrio sulphur ejus vere philosophicum extrahitur ; ex quo porro tinctura Lili Paracelsi elaboratur, non amplius arcana, nisi forte medicis, qui puerilibus laboribus v. g. pilulas exactissime tornandi, omne tempus, utilius, in classicis autoribus evolvendis verisque naturæ mysteriis perscrutandis, insu-mendum, perdidissent.

(a) ventriculi chymificatio perficitur, fermentatione (b) quidem adscita, secundum superius declarata; ita tamen, ut eadem non solutio totalis, sed extractio magis assumptorum habeatur. Menstruum autem

## T 2                  stoma-

(a) Hanc in aliis Boyl. de util. phil. exper. P. II.  
Eff. I. p. 19. observatio detegit, secundum  
quam in stomacho piscis marini rapacis, omni  
quidem sensibili acore deficiente, piscis alias  
integer repertus fuit, qui corrosus similisque  
frusto argenti, aliquandiu in aqua forti ser-  
vati, apparuit. Idem, quod secundum  
Helmont. tr. calor efficienter 7. p. 162. 20. p.  
163. canis ossa deglutita conficiat, que ignis  
(nec fermentatio sola) nunquam ausit in chy-  
num commutare. Neque vero propter solam  
fermentationem deficientem, secundum  
Hippocrat. de vet. med. XV. 10. Vol. I. p. 21.  
Fames tam magnam potentiam habere posset  
in naturam hominis, & sanandi, & debili-  
tandi, & occidendi.

(b) Etenim naturæ humanæ mechanismus non  
saltem simplicitatibus constat, sed artificio  
sæpius maximo, quasvis exercitatisimorum  
chymicorum curiositates & enchireses supe-  
rante, plures operationes conjungit, pro qua-  
dam una naturali actione complenda. Sicut  
igitur digestio, motum augens, maxime so-  
lutiones adjuvat; ita multo magis præter eam  
simil adjuncta fermentatio, motus longe

stomachale non est in statu naturali (c) acidum & corrosivum, (d) licet id in statu præternata-

majoris. Qua ratione Helm. de lith. C. IV. §. p. 678. vere videtur scribere: *Corpora per corrosivorum calcinationes non resolvuntur, licet etiam sæpe repetitas, nisi fermentalis intercurrat impresso, quæ precedat quamvis radicalem solutionem.*

(c) Licet idem svadere videatur exper. Boyl. de ut. exp. phil. P. II. Eff. I. p. 20. item hyst. fluid. S. VI. p. 40. hyst. firm. S. LXI. p. 131. Secundum quod oleo vitrioli, non etiam aqua forti, brevi temporis spatio & absque igne, partes ass& vel elixe carnis, panis fructuumq; dissociantur, inque partes exiles admodum discerpuntur, ut in corporis fluidi consistentiam redigantur. Neque vero menstrui stomachalis aciditatem valide concludunt Helm. tr. calor effienter. 17. p. 163. & Diemerbrocc. Anat. L. I. C. VI. p. 41. ex ructibus acidis, quod in secundum Hippocr. S. VI. apb. I. Vol. I. p. 98. & L. II. Epid. S. II. 49. Vol. I. p. 693 in diuturnis lienteriis bene, ventriculi scilicet digestionem resurgentem, significant; qui ructus enim magis ex fermentatione correcta declarandi sunt, præeunte Hipp. de jud. XI. 23. Vol. I. p. 446. & Helmont. de flat. 32. p. 339.

(d) Etenim, docente Hippocrate L. III. de diæt. XXI. 2. Vol. I. p. 254. Faciem decolorem (seu pallidam) habent, qui, ubi comedent, acida eructant, & acor in nares proserpit.

ternaturali hujusmodi saepius appareat. Ni-  
hilominus eidem sal acidum subest, (e) sed  
ab alcali, velut pro nobilioribus menstruis,  
temperatum; quod ex saliva, spirituoso  
nervorum succo, pane ac bile confermen-  
tatur, ut menstruum sulphureo-salinum  
nobilissimum hinc emergat. Quamobrem,  
pro imminuta ventriculi digestione restitu-  
enda, non solum acido-salsa, sed ipsa etiam  
alcalia, praesertim fixa, nec minus quidem  
volatilia, item amara, acria antiscorbutica  
atque aromata naturae alcalinæ proxima,  
plurimum conducunt. Quanquam e con-  
trario prostrati appetitus ciborumque fasti-  
dii casus etiam in praxi medica subinde oc-

T 3

cur-

His corpora pura non sunt, & plus est, quod  
de carne colliquatur, quam quod depurgatur  
præ circuitu. Et hoc sane, intus manens, a-  
limento contrarium est, ipsumque violat, ac  
acidum facit, nutritioni prorsus ineptum.  
Quæ confirmant observationes anatomicæ in  
Bonet. Anat. Pract. f. 729. 587. 617. reperi-  
undæ; ita ut Bontius, hujusmodi tabem In-  
dos frequentissime perimere, testetur.

(e) Quippe Hipp. de vet. med. XXIV. 30. Vol. I.  
p. 27. in genere de singulis salinis facultatibus  
monet, quod salia in statu s. n. mixta ac inter-  
se temperata sint, hinc neque conspicua, neque  
bominem ledant.

currant ; in quibus ex alcalinis auxiliis parum expectatur , contra vero iis acida, tempestive data , (f) longe præstant ; quæcum ciborum fastidia pertinacia tollunt & appetitum , antea gravissime prostratum , efficaciter restaurant ; quod nimurum eadem acori stomachali , penitus deleto & extinto , fermenti nova initia tum reddant ; deinde fermentalem acorem universæ chymæ massæ communicantia.

§. XLVIII. Secundum hunc quoq; mechanismum lymphæ & sanguinis , præser-tim ex particulis pinguibus (a) simul contexta , coagula , (quæ vasa obstruendo in arte-

---

(f) Quemadmodum memini pueri cuiusdam trium circiter annorum , qui ex febre , imperfecte judicata , convalescens , jusculta & liquida quidem rursus assumebat , sed cum tusi & carnis maxime colliquescentibus , per sex menses carnes fastidiebat ; hic , loco alcalinorum exhibito spiritu vitrioli dulci , appetitum & corporis habitum plenum brevi recuperabat .

(a) Cum enim sanguis secundum Boylei superius allatum experimentum particulis quoque multis sulphureis abundet , ejusdem coagula per pleuritides , ex perfrigeratione plerumque supervenientes , ceræ , sulphurique citrino non male assimilantur .

arteriis inflammations, extremis capillaribus erysipelata & arthritidem, in venis varices, in vasis lymphaticis bubones, strumasque producunt,) a salibus alcalinis, maxime volatilibus,(b) solvuntur, experimentis (c) respondentibus, & praxi medica

## T 4

con-

(b) Ut verissime Boyleus de util. philos. experim. P. II. Ess. V. Chap. XIX. p. 280. scribat.  
